tudine potestatis: qua nō est ge,
neraliter vtendū: sʒ ex causa dū:
taxat. ꝛ hoc est qd voluit hic de:
cretū basilien. ꝙ in literis aplī:
cis illa causa nominatim expri:
matur. Uñ dicit de gerson in tra
ctatu de eccle.ptāte[1] ꝫ. emine
rit summus pōtifex datam sibi a
deo potestatē summā in ecclesia
ad edificationē eius nō destru:
ctionē: nō ꝯfusionez ordinis hie:
rarchici:nec velit tot iura/ tot le:
ges/tot decreta/ ꝛ decretales sū
mo. sū pōtificū ꝛ generaliū cōcilio
rū tātis vigilijs edita ad prouide
ꝛ vtiliter regendā eccliam ꝑ ele
ctiones ꝛ collationes canonicas
vnico vbo reseruatorio subuer:
tere. arg.l.si qñ.C.de inof.testa.c.
ecclia.ij.c.ti.q q̄diu obsuata fue
rū ecclia dei fructꝰ honoris ꝛ ho
nestatʒ relict vbertate ꝓducit:di:
sciplinæ ecclesiastice vigor ꝑstetit
ꝛc.ꝫ.in ꝓe.§. quibus ad plenuʒ.
ver.qui q̄diu.vbi enumerantur
incōuenientia q̄ ꝓueniūt ex hu:
iusmodi reseruatiōibus ꝛ gratijs 1 Papa ad qd hʒ tantã ptãtem.
expectatiuis.ꝛ.j.de colla.c.j. tot
iura essent ludibrio: qd esse non
debet.C. de bonis q̄ libe.l. fina.
.§.vbi aūt.c.ꝯmissa .§. porro.e. ti.
in.vj. ꝛ de codicibꝰ deleri debe:
rēt.qd eni mēbranas occupāt cū
non habeant̄ accepta c.si roma:
noꝝ.xix.dist. ꝛ ipse papa est q̄ iu:
ra dʒ tueri.vt.d.§. decretis. xxv.
q.j. ꝑ totū. vñ dicit Greg. si ea de
struerē q̄ antecessores nri statue
rūt: nō cōstructor sʒ euersor esse
iuste cōprobarer. testāte vitatis
voce q̄ ait. §.Oē regnū in se diui 2 Papa an sit solutꝰ legibꝰ.
sum non stabit.xxv.q.ij. si ea de:
struerē. ꝛ dicit Isidorꝰ. Iustū est
pncipez suis obtēperare legibus
c.si. de rescrip.l.vj. tunc eni exti:
met sua iura ab alijs seruāda qñ
ipse priꝰ eis reuerentiam pbet.c.
impatores qd est palea.ix.dist.et
dñs iesus Improperauit eis q̄ ipo
nūt alijs onera grauia ꝛ iporta:
bilia et digito suo nolūt ea moue
re. Matth.xxiij.xxvj.qō. vij. alli:
gāt [2] vñ.q̄tū ad dei iudicium
papa nō est solutus legibꝰ q̄tum
ad vim directiuā earū:ꝛ dʒ volū,
tarius nō coactꝰ eas suare. ꝛ ipe
est supra legē inq̄tū cū expediēs
fuerit pōt eam mutare ꝛ in ea ꝑ
loco ꝛ tpe dispensare:ꝛ lʒ habeat
plenitudinē potestatis. c.illa.eo.
titu.c.q̄to.cum ibi no. de transla.
pla.de qua host. scribit de cōces:
preben.proposuit.de vo.magne:
qui filij sint legi. per venerabilē.
gel.in extra.Joan.xxij.ad onus.

tamen non debet carti sine causa: vt dictum est: q: iura sunt fundata sup ratione. c. consuetudo. j. dist. hostie. in. c. ad decorez. de vsu pal. Joa. mona. in extra. boni. viij. vna sanctam. Jo. an. in. c. de multa. de pbe. [3] vbi dicit qd pnceps non debet sine legitima cam ius scribere vel statuere. als faciedo no facit vt bonus paterfamilias ius positiuu violado. Data est eni sibi ptas pascedi oues no turbadi: et debet pcedere ex rectitudine iustitie & eqtatis no ex affectione spali. Nam xps cuius vicarius est in terris non venit soluere lege/s3 adimplere. Matth. v. c. xj. q. j. magnu. xxv. q. j. ideo. §. his ita. licet oia possit: no d3 pterminttere claue3 discretionis. no. host. in. d. c. quanto. ad hoc no. in. c. ad aplice. de re iu. in. vj. plenitudo nanq3 potestatis in executione bonitatis no autoritate prauitatis cosistit. als mutato vocabulo no plenitudo potestatis: s3 tempestatis diceret. Restringit ergo sub ratione potestatis. xj. q. iij. illa. & ro. ec. que mater est iustitie in nulla ab ea dissentire videat: & sub rationis equabilitate omnia moderetur. d. §. his ita. ver. item gregorius. Nam videmus q si alicui potestati tribuatur plenum arbitrium no potest propterea ex tali plenitudine co tra ratione aliquid indiscrete facere. l. creditor. §. lucius titius. ff. man. no. in c. causam eo. ti. Bar. in. l. filiusfamilias. ff. de dona. in extra. ad reprimeda. no. in cle. j. pe. de vbo. sig. Panor. l. c. j. de co stit. quod no. de ligh. in cle. pastoralis. de re iudi. cardi. flo. in tractatu super vnione ecclesie vbi vehementer insurgit cotra istos blanditores [4] dicentes papa3

3 Papa nihil 3 ius statuere d3.

4 Papa no pot facere quod libet.

5 Petrus inferiores potestates no vsurpauit.

posse omnia: dices eum no posse nisi quod licet non quodlibet. & dicit q ex his blandimentis infiniti surrexerut errores. pape eni inferioru potestates vsurpat qd non fecit Petrus. [5] nam qmuis esset princeps aplorum et papa sanctissimus: cotentus fuit antiochiana sede cuz titulo principatus. Cu aute vidit magna necessitate vigere: se transtulit roma & illa sede contetus alios aplos in sibi comissis prouincijs no turbauit. vij. q. j. mutationes. et licet qstione legaliu mota in ecclesia hierosolymitana ipse. b. Pe. hierosolymis esset. Beatus tn Jacobus loci presul ptulit inia3 diffinitiua sup illa legaliu questione ac. xv. nam vt dicit ibidem Ly. et Vin. in spe. hist. li. ix. c. xj. quia qstio erat mota in eccl'ia hierosolymitana: cuius Jacobus erat eps/nec poterat ad aliu trasferri: nisi per appellatione: ptulit inia3. & vide glo. no. in. c. inter cetera. de trasla. pla. in ver. diuina qd fit auctoritate pape d: fieri auctoritate dei. cu exiusta causa facit. alleg. xxiij. q. j. qcuq3. et. q. iij. si qs no recto. dicit itaq de gerson vbi. s. cessent reseruatioes & gratie expectatiue: q non ex charitate: s3 ex cupiditate abitio a & auaritia querete q sua sunt crescetibus bnficiorum dotationibus impudeter excreuerut & ro. pon. dictame tantoz po. tetius ecclie vel 3cilij generalis circa pulsione bnficioz sequat vti moyses q deo familiariter loqbatur sicut amicus amico. Audiuit etia cosiliu3 iethro getilis hominis in regimine totius synagoge. Exod. xviij. vbi sic habetur. stulto labore consumeris tu et populus tuus qui tecum est vltra vires tuas est

negotium. solus illud non pote; ris sustinere. sed audi verba mea atq; cōsilia: et erit dñs tecū. esto tu ppl'o in his que ad deū pertinēt: vt referas que dicuntur ad eū: ostēdasq; po pulo ceremōias libero[a] in eisdem eligendi et con et ritū colēdi vtā firmādi facultas ipediri[b] posset: q p quā ingre di debeāt &c. prouide autē de oī plebe viros potentes et timentes deū in qbus sit veritas: et qui ode rint auaritiam. et cōstitue ex eis tribunos et cēturiones &c. quibus verbis reprobant. et iudicia mi nora in moyse. amplius ergo in summo pont. qui nō est cōsumēdus in cōtinuis causarum occupationibus: et bñficiorum reseruatio nibus: et gratijs expectatiuis: an natarum exactionib' et similibus: et reli cta oī cura sollicitudie vl' studio de oī illo qd spūale est: qd diuinū est: qd fidē concernit: religionem xpianam et morū reformationem ad hoc. j. de col. c. j. §. cui rei. Assic. romanicq. de cau. c. j. ibi. et qd vni uerso. et dimittat inferiores prela tos sua officia exercere: q sunt vo cati in partē sollicitudinis. ij. q. vj. multū. d. c. mādata. c. decreto. ij. q. vj. Unū dicebat Panor. i. c. mā datū. q olim poterant ordinarij multū cōqueri: cum ex reseruatio ne Ro. ponti. et ex literis expecta tiuis ius cōferēdi erat quasi ab; dicatū ab ipsis. qd est cōtra. c. ec ce. xcix. di. qr non dz papa ita p: uidere suis cōmodis seu vtilita; tibus ro. curie. cū tāto graui pre iudicio ordinariorū. pulcher ter. in. d. c. ideo. §. his ita. ver. itē gre; gorius. et ordo ecclesiasticus cō funditur: cuius sua iur sditio &c. c. guenit. xj. q. j. j. de colla. c. j. circa princi. de cau. c. j. Nam etiam ex iure antiquo ordinarius dz gra: uari cum papa cōfert bñficia ad ipsius collationē spectātia: vt. d. c. mādatū. cū duob'. c. seq. qr col latio censetur quedā donatio: cū ordinarius vtat liberalitate in conferēdo: vt. d. c. relatū. c. fin. de offic. vica. in. vj. hinc dicit gl. in c. cū olim. de maio. et obe. [1] q col latio bñficiorū cōputat inter fru ctus. merito ergo grauat cū pri: uat hac liberalitate et facultate donandi. Sed opponunt pluri: mi nolētes ad ordinarios remit ti ministrorum ecclesiasticorū insti tutiones: neq; per electionē neq; p collationē exptū est inqunt q turbarēt oia vēderēt/dissiparent partim carnali affectione: parti auaritia et ambitione. parti sclari ptāte tracti indignos et illiteratos promouerent de literarum stu: dijs actū esset. in promptu est rē sponsio. inq' de Ser. vbi. s. corrigeret summ' pōtifex abusus hu iusmodi et auctoritatis seueritate supma vigilāter. adhibita po: neret aspa in vias planas: depo neret potētes intrusos de sede: et exaltaret hūiles sine pce vel mu nere: h enī est architectoris offīm s. c. j. in pn. dū vero peccat in his summus pōtifex: qs ministrorum corrigere vel ? sumet vl' poterit. dices q h poterit cōciliū gñale. vi de q nec crebro nec facile immo hodie nullatenus habet vir nēs pe statuit libēter aliquis sibi cor rectionis iudicium.

[1] Bñficiorum collatio cōputat inter fruct'.

[1] Reseruationis effectus q̄ lis est.

a ¶ Libera. no. q electiōes et cō: firmatiōes debēt esse libere. s. c. j §. ad tollendū cum ibi not.

b ¶ Impediri [1] Jon' ē effect' re seruationis: q ligabat manus or dinarij sine inhibitiōe et decreto vt vult archi. in. c. si. de cōcuc. l. vj.

vbi dicit q paria sunt beneficia
esse reseruata ꝛ vacare in curia:
ꝛ i istis man⁹ ordinariorū ligant
absq; decreto. de pben. c. ij. in. vj.
ergo et in reseruatis. Archi. in. c.
j. de conces. pbē. in. vj. facit qd le:
git ꝛ no. in. l. non dubiū. C. de leg.
vbi dicit Bal. q qñ lex stat i fini:
bus prohibitionis tacite inclusa
censet clausula de nullitate. vñ
non est necessariuz q lex pcedat
vltra annullādo. nec cessando vel
inutilē actū reddendo cū sit idem
q2 semp subitelligit ipo iure. idē
la. ꝛ domi. in. c. si eo tpe. eo. ti l. vj.
qñ papa bñficiū a se cōferēdū re:
seruat: tūc est illud de manu or:
dinarij collatoris accipit ꝛ videt
inhibere. nec hz ampli⁹ collator
ptātē ɔferēdi. c. vt nrm. de ap. d.
c. si eo tpe. Inn. i. c. cū in. de cōsti.
Hen. in. c. dilect⁹. ij. de pben. Fre:
5 Reser: uatio: nes sūt odiose. de. in tract. pmu. q. j. Panor. in. c.
eccl'ia. ij. vt lite. pē. sic ꝛ sola inhi:
tio pape annullat postea gesta.
c. Ꝑitatis. i fi. de do. ꝛ cōtu. Inno.
ꝛ cōpost. i. c. nihil. eo. ti. Hen. in. d.
c. dilect⁹. Jo. an. ꝛ Panor. i. c. ɔsti:
tutus. de ɔces. pben. Sed Jo. an.
aliter vult i. d. c. si eo tpe q sola
reseruatio sine inhibitione nō li:
get ordinariū. sed reseruatio cuz
notificatione ꝛ inhibitiōe bñ affi
ceret. facit caplm si caplo. cū ibi
notatis. de cōces. pbē. in. vj. Aliō
est in man⁹ appositione pape: q̄
cōtinet in se inhibitionē ꝛ decre:
tū. Inno. in. d. c. vt nostrū. dictuz
Jo an. est verum in reseruatione
legati q̄ minus afficit q̄ꝫ reserua
tio pape. no. Joan. and. c. hi qui.
de prebē. in. vj. in nouel. ideo mi:
nus durat. ꝺ offi. le. pñti. eo. li. sic
ꝛ decretū legati nō ligat ignorā:
tes. no. Jo. an. in. c. si aplice. de p:
bē. in. vj. vbi doct. Alius est effe:
ctus reseruationis q2 impetran:
tes bñficia reseruata tenentur fa
cere mētionē de reseruatiōe pre
sertim speciali al's collatio esset
surreptitia. c. cum olim. vbi Pa. fi.
de re iudic. vbi collatio pape est
surreptitia. q2 cōtra ordinationē
pape facta fuit. Jo. cal. in. c. cum
dilectus. de iu. pa. ipsa tñ nō im:
pediret pmutationem. sicut nec
gr̄a expectatiua cū ihibitiōe ꝛ re
seruatione executoriis. c. j. de re.
pmu. in. vj. q2 sicut lr̄e bñficiales
sunt restringēde. c. q̄uis. c. si motu
pprio. c. si pluribus. de p. in. vj. sic
ꝛ reseruatiōes[3] odiose em̄ sunt
q2 p eas dat via ad vacatura et
pindicāt ordinarie ptāti. no. i. d.
c. psiti. lz ɔtriū teneat Henri. in. d.
c. dilect⁹. ij. de pre. siue fiat pmuta
tio in manibus ordinarij: nisi re
seruatio eēt fauorabilis: dico au:
tem eā fauorabilē nō q̄ facta est
motu proprio: vt vult Frede. in
tracta. permu. q. j. sed vbi de nul
lius iure queritur sed tantum de
iure pape. vt dicit la. in. d. c. si eo
tēpore. ꝛ hoc casu bñficia taliter
reseruata: nec p ordinariū: nec p
legatū pñt cōferri etiā titu. per:
mutationis sicut nec vacantia in
curia Frede. q. ij. p. in ex̄uag. Jo.
xxij. execrabilis. §. que oia. in ex̄.
dudum bñ. xij. sine fiat permuta:
tio de bñficijs reseruatis in ma:
nibus pape nō facta mētione de
reseruatione in casu quo permu:
tatio per reseruationem non vio
lat: valet pmutatio. p. o. in. d. c. j.
de re. permu. in fi. cum dicit nul:
latenus impediri. et sic omne im
pedimētum tollit: cum sit pmuta
tio coram ordinario: multoma:
gis si coram papa: ꝛ hoc placet:
lz aliter dicat Frede. in tracta.
per. q. iiij. nota. Sal. de per[illegible]o. in
trac. reserua. ꝛ vide archi. in. c. si
postq̄. de pre. in. vj. vbi dicit: q

si papa post collatione canonica tus alicui p eū factā sub expecta tione pbende vacature ipsam p̄bendā ꝯferat alteri nō facta men tione de primo ꝙ nō valet colla tio: qꝛ surrepti- tia.ar. c. si bñfi- cia.de pb.in.vj. et.d.c.cū olim. nā p̄benda erat affecta et reser- uata primo: & habebat ad eā ius ad rē qd nō intēdit papa tollere: etiā si scribat motu ꝓprio:vt no. Io.in.d.c.si postꝙ.qꝛ motus pro- prius tollit surreptionē: sed non alteri ius q̄sitū:siue in re: siue ad rem.ar.c.ꝗuis.de rescrip.li.vj.et qd ibi no.Io.[1]& presumit papā fuisse oblitū. facti em̄ sui obliui- sci pōt.vt no.c.j.de cōsti.in.vj.pos set tn̄ si vellet cōferre alteri nō ob stante affectione:& hodie ponun tur clausule reseruātes ius expe ctantiū: sed in dubio nisi expri- mat non p̄sumitur vel derogare iuri alteri ius nō ex defectu pote- statis.s3 volūtatis:vt dicit Do.si. dicit Bald.in.l. rescripta.C.de p̄- ci.impe.offe. ꝙ rescriptum cōtra ius est nullū nō ex defectu pote- statis principis: sed voluntatis. nam p̄sumitur cessare voluntas scribētis ꝓpter clausulā deroga- toriam legis.l.nec damnosa.C.d p̄e.impe.offe.si ergo pnceps illi clare derogaret cū dispositio illi⁹ sit de iure positiuo: valeret re- scriptum.ff.qd quis.iur.l.iij.§.si is p quo.c.ex pte.de capel.mo.cum ibi not.Alius effect⁹ reseruatiōis est ꝙ impedit optionē.argu.dicti c.vt nostrum.d.c.ecclesia.de pre. inter cetera.sicut in vacan.in cu- ria non habet locū opotio.c.fi.de ꝯsuet. in.vj.ita nec in reseruatis de quo dic. vt ibi p doc. p Gel.in

qdq; aduersus hoc decretū roma nus pōtifex nihil attēptaret[a] nisi ex magna rōnabili & euidēti cā [b] in literis apostolicis nominatim

gratie reser. [2]& impedit reserua tio vnionē saltē illā suspendit du rante ipsa reseruatione. in extra. Jo.xxij. Dudum.La.in.c.delibera tione.de off.leg.in.vj.de ro.dec. xix.& doc. aliq cō tra vt not. Joā. an.& Paul.i cle. si. de rescriptis. Frede ꝯsil.xcvj. vbi dicūt ꝙ per vnionē preiudicatur expectanti: quātomagis reseruatione. nam p eam nō acquirit ius pape: sed solū preiudicat ordinario:vt di- cit Archid.in.c.ij.de pre.lib.vj.et dicit Freder.vbi.s. ꝙ eps pōt ex causa licita & nō in fraudē vnire ecclesias cuius collatio est ad se. apo.deuoluta.no. Panor.in.c.si- cut vnire.de exces.plat.in.c.cōsul tationibus.de dona. qꝛ l3 pdide- rit ius:& deuolutū sit ad papam: nō th ius vniendi. Collatio enim respicit titulū: vnio vero proprie tatē bñfi.ij: & si talē vnionē neces sariā omitteret eps posset repre- hēdi de negligētia.c.vlti.de eccl. edi.Nec ob.qd no.Jo.and.in.c.si tibi.de preben.in.vj.vbi dicit ꝙ q nō pōt conferre nō pōt vnire vel aliter ordinare: qꝛ ibi iā erat q̄si tum ius alteri. Domi.tn̄ ibidem sentit ꝯtra Frede.ꝙ operetur re- seruatio.d.effectus vbi licite & in casibus permissis fieret.

a ¶Attemptaret.si.supra.c.j.§.j. versic.decreuitq.

b ¶Causa.Quid si papa ex cau sa noīatim exp̄ssa reseruauit pla turā an i.pso mortuo expiret re- seruatio.si reseruauit sibi sic.si col lationi ap.non capit. si gratiose. de rescript.in.vj.vbi Archi.Guil. et Ges.& Flo.in clemē. j. de pba. aliud in gratia facta. c. si super gfa.de offi. delega.in.vj.[3]et in

1 Papa capit obliuio

2 Unio an ipediat p reseruationem.

3 Benefi ciu3 va cans qn p cō mittit pferendum.

commissione data alicui de conferendo beneficiū vacās. c. si cui. de pben. eo. lib. not. Archi. in. c. si apostolica. de pben. in. vj. vbi dicit satis esse puisum per papam de beneficio vacante in curia qñ per viam cōmissionis prouidit iõ se. ap. va. ordinarius non puideret. Sed nunqđ si puisio bñficij reseruati facta per papam nō tenuit: vel ppter indignitatē persone: quia irregularis vel illegitimus. aut qr papa illi contulit: s3 ante consensum prestitū mortua est: aut est aliud beneficiū assecuta: redeat ptās ad papā vł ad eligeñ. Si papa reseruat motu proprio in fauorē ecclesie: ex quo collatio pape non habuit effectu3/ nō possunt eligentes se intromittere in illa vacatione: et poterit papa puidere cum semp duret causa reseruationis. c. si compromissarius. c. si electio. eo. ti. in. vj. no. Oldr. ɔsil. lvij. qr ex quo papa semel se intromisit de illo beneficio inferior se intromittere non potest in illa vacatione. arg. c. vt nostrū. de ap. c. si eo tpe. e. tit. l. vj. Si vero reseruat ad instañ. alicuius ⁊ pro certa persona: tunc licet collatio non habuit effectum redit ad eligeñ. potestas: qr causa reseruationis cessat. ⁊ intendebat puidere tantum illi persone expresse in cuius fauorē reseruauerat. ideo cum illa persona non pōt habere dignitatē redit ptās eligendi ad eligeñ. qr cessāte cā cessat effectus. de ap. cum cessante. c. post translationem. de renū. cum si. facit qđ not. Inno. ⁊ Panor. in. c. inter dilectos. de excess. prela. Cōpost. in. c. capitulum. de rescrip. in glos. magna. ver. itē qđ si puisio Archi. in. c. fi. de tēp. or. in. vj. Gal. in tract. reser. §. iij. q. ro. ⁊ sequen. qđ no. la. ⁊ Domi in. c. si tibi absenti. de preben. in. vj. vbi dicunt q si ordinarius contulit beneficiū. b. ⁊ anteq̄ ille acceptaret papa illud cōtulit alij vel cōferri mandauit cum clausula si nō erat alteri tempore date ius quesitū. deinde dictus. b. recusauit acceptare q iterum ordinarius poterit ipsum bñficiū ɔferre qr collatio pape erat subreptitia cum erat illi. b. acquisitū ius saltem ad rem ad beneficiū per collationē ordinarij adeo per papā hoc tacito facta collatio nō valeret. vt. d. c. si tibi abseñ. c. si postq̄. de prebē. in vj. ergo illa collatio papalis nulla erat. ⁊ per ɔñs nō potuit impedire collatione fiendam in posterū per ordinariū. c. nō prestat. de reg. iur. in. vj. Sed si papa cōmendat alicui hmōi dignitatē reseruatam: an expirata cōmenda redeat potestas eligendi ad eligentes. Frede. in tract. p q. xv. dicit q nō [4] qr per cōmēdam non est plene per puisum dignitati. ⁊ durante cōmēda vacat bñficiū de iure: licet nō de facto. no. Arch. in. c. qui plures. xxj. q. j. nec etiam interim ordinario curreret tempus ad conferendū cum nō posset cōferre. Arch. in. c. nemo. eo. titu. in. vj. deci. ro. xxvij. nec habet cōmendatarius ius in beneficio cōmendato. not. cōiter doc. l. d. c. nemo. vñ dicit Panor. in. c. cum olim. de re. pmu. q bñficia cōmendata nō possunt per cōmendatarios pmutari sine consensu eius qui ea cōmendauit: qr nō sunt cōmēdatariorū. pmutatio aūt debet fieri đ bñficiis suis c. j. de re. pmuta. in. vj. ibi sua. Et dicit Frede. vbi. s. q sublata cōmenda remanet vacāo in curia. fa. qđ not. Archi. in. c. is cui. eo. ti.

4. Cōmēda an tollat vacationē bñficij.

erp̄imēda Qr tñ ꝯtra ipſi⁹ decre
ti mentē nō pauca[a] ſine hmōi cā
geſta ſunt vñ[b] grauia hactenus[c]
ſucceſſerūt: ⁊ grauiora indies[d] ti
mentur ſcandala.[e] Cupiens hec
ſancta ſynodus his obuiare[f]:

in.vj. q ſi papa ecclie vacañ. dat
viſitatorē vel adminiſtratorē ne=
mo poterit ill: ecclie ꝓuidere de
paſtore: hoc em̄ faciendo videtur
eius ꝓuiſionē ſibi reſeruaſſe. ar.
c.ſi.lxj.diſt. c. cū
nobis.eo.ti.c. vt
noſtrū. de ap.c.
cū veniſſent. de
iudi. Sed hodie
dictū archi. non
obtinet. lꝫ enim
papa ecclijs ele
ctiuis vacātibus poſſit dare viſi
tatorē vt in iuribus alleg. de ſup.
neg.p̄la.c.ſi.in.vj.tñ eius officiuꝫ
expirat facta electione. nec impe
diūt eligētes eligere cū oīs[1] re= 1 Reſer= uatio= nes ſūt dānate
ſeruatio ſit dānata: niſi in certis
caſibus.ſi. vides quo ad bñficia
ſpectātia ad collationē pape iure
deuolutionis vel al's: ſi non eſt
alias q̄ interim illis bñficijs poſ
ſit ꝓuidere pōt ep̄s ibidē deputa
re adminiſtratorē: donec donec
per papā fuerit ꝓuiſum arg.x.q.
j.regenda. ⁊ hunc adminiſtratorē
poſſet dare capl'm ſe.vac. in bñfi
cijs ſpectañ.ad collationē ep̄i do
nec illis fuerit ꝓuiſum: licet illa
nō poſſit cōferre, no. Jo.an.in.c.j.
ne ſe.va.in.vj. Pañ. in.d.c.cū no=
bis.in.c.cū vos.de of.ordi.in.c.cū
olim.de maio.⁊ obe. Siliť ſi papa
det coadiutoreꝫ ep̄o iuxta.c.j. de
cle.egro.in.vj.per mortē ep̄i expi
rabit ei⁹ offiñ.c.gradi.l ſi.de ſup.
ne.p̄la in.vj.no. Jo.an.in.c. ſi. de
cle.egro. ⁊ habebūt eligētes elige
re abſq aliquo obſtaculo: cū hoc
decretū oēm viā īpedientē directe
vel indirecte liberas electiones
aboleat. qđ dictū eſt de cōmēda:
multi nō approbarēt[2] tenentes
cōmēdā eſſe verū titulū. c. dudū.
ij.eo.ti.no.in.d.c.nemo. ⁊ q cōmē
datarius p̄ſertim ad vitā hꝫ ius
in beneficio cōmēdato: nec vacat
interim: vt dicit la. in additio. ad
Fred. vbi.s.qđ Jo.an. ſibi ꝯſidit:
q p mortē cōmendatarij in curia
vacat bñficiū in curia. ad hoc cle.
qr regulares. de
ſup.neg.p̄la.vbi
prioratus obe=
diētiales vacāt:
licet ſint reuoca
biles ad nutum
et iſti opi. inhe=
rendo quā ſen=
tiunt citramontani: expirata cō=
menda de beneficio electiuo re=
ſeruatio rediret ptās eligēdi ad
eligentes: qđ videť verius: maxi=
me ſi cā reſeruationis ceſſat: al's
poſſent diutiſſime eligētes frau=
dari iure eligēdi: cū papa nō pro=
uideret hmōi bñficio de p̄lato in
titulato: ſed illud ſemp cōmēda
ret: quod eſſet cōtra mentem hu=
ius decreti.

a ¶ Non pauca.i.multa.

b ¶ Unde. notat cām.l.iuriſgen=
tium.circa princi.ff.de pac. Bl'qñ
locū.ff.de vi ⁊ vi ar.l.j in prin.

c ¶ hactenus.i.olim ⁊ vſq nunc 2 Cōmē da an ſit ver⁹ titul⁹.
ſi.vſi.in ca.nihil.eo.titu.j.c.et qr.
de paci.poſ.c.j.

d ¶ Indies.i.quotidie ſi.v.s. in
proe.§.cū itaq.verſi.quiſquidem.

e ¶ Scandala. que quantū poſſi
mus vitare debemus: ⁊ pro eis ſe
dandis abſtinendum eſt etiā ab
his que ſine pctō pñt cōmitti et
omitti.c.ij.de no.op.nū. ⁊ iuris ſe
ueritas tēperāda eſt.j.de exc. nō
vi.c.j.c.ſane.de tē.or.l. diſ. vt ꝯſti
tueretur. de renū. niſi cū pridē.§.
ꝓ graui. nō debet tñ cōmitti pec=
catū.c.qui ſcandalizauerit. de re.
iur.per henri.in.d.c.ij.

f ¶ Obuiare. futuris eſt obuian
dū ꝯtū poſſum⁹.xxiij.diſ.In noīe
dñi.l.ſi quis domum.ff.loc.c.j.de

ser.non or. ꝛ exẽpla presentia nos cauere pmonent a futuris. lxxxij. di.plurimos.in fi.in ex. Joã.xxij. q: nonnũq̃. ꝛ melius est obuiare q̃ post vulneratã cãm remediũ querere.l.vi. C.l. q.cau. l ite.rest. a ¶A:ens. quã semp recur= rẽdũ est.ar.c.fi. de pbẽ. Nõ em in foliis verbo ꝝ sed i cortice ra=

volẽs vt ipsius decreti mens[a]. q̃ ad fuit oẽ obstaculũ a canonicis ele ctionib⁹ ꝛ cõfirmatiõibus tollere suo nõ frustraret[b] effectu. ¶ Sta tuit vt electiões i dictis eccl'ijs fi ne impedimẽto aut obstaculo[c]

c.ij de pbẽ.in.vj.d. em.c.ij. qd lo quitur de dignitatib⁹ non cõpre hendit epatus: vt interpretatus est Nico.iiij.in eccl'ia Bracareñ. no. Bar.in.c.statutum.de pbẽ.in vj.nec abbatias no.Jo.an. ꝛ Ar= chi.in.d.c.ij.Jo. mo.in.c. inquisi tores.de hered. vbi not. q videt declarari appel latione dignita=

3 Lex ex v[er]bis ꝛ mente ꝯsistit.

tiõis ꝛ sensu cõsistit lex.j.q.j.mar chion.ff.de lega.l.scire.c.fi.de re. iu.in.vj.vbi Di Et sicut hõ consi= stit ex aia ꝛ corpore: [3]ita lex ex v[er]bis ꝛ mẽte seu rõne.no.Bal. in l.scire.ff.de excu. tu. vnde verba cuiuscũq; dispositionis sunt am= plianda vel restringẽda fm men tem disponẽtis.c. secũdo reqris. de appel.vbi Pa nor. fac. qd le. ꝛ not.in.c.intelligentia.ꝛ.c.seq. de v[er].sig.in.l. cũ pater.§.dulcissimis vbi Bar. ff.d leg.ij.in l. pater §. fundũ.ff.de leg.iij. qd no.j.de exc. nõ.vj.c.j.ꝛ mens colligit ex rõne expressa.in dispositione.ar.l.sem= per in stipulationibus.ff.de reg. iur.in.d.c.intelligẽtia.Jdẽ si non sit expssa: dũmodo possit rõnabi liter cõiecturari ꝛ indubitanter q̃ mouere potuit disponẽtẽ.in.d. c. scdo requiris.facit.l. si hoiem.ff. mã. qd no.in.l.tale pactum.ff.de pac.Cy.in.l.nõ dubiũ. C.de lega. Bald.in.l.maximũ vitiũ.C.de li. pre.Pañ.in.c.ad audientiam. de deci. ꝛ illud dicit in lege expssum qd ex eius mẽte colligit.l.pror §. j.iuncta glo.in ver. expressum. ff. de no.ope.num.

4 Dignitates electiue non vacant in curia.

b ¶ Frustraretur.i.careat.

c ¶ Obstaculo.h satis pz [4] q dignitates electiue nõ vacant in curia. ꝛ q in eis nõ habeat locũ.

tis abbatiã nõ ꝯtineri.facit. xvj. q.vij.si qs deinceps.Jo.mo.in.c. gñali.de regu.iur. in.vj.facit.c. si postq̃.eo.ti.in.vj.vbi ecclesia ca= thedralis ꝛ regularis eq̃parant. lz Joã.de lig. teneat ꝯtrariũ in.d.ij. q: abbatia dignitas est.c.indẽni tatibus.eo.ti.in.vj.ꝛ propter v[er]bũ electio positũ in di.ij.c.p quo fa= cit.c. q̃q̃.eo.ti.vbi abbatia q̃ ad deuolutionẽ ad superiorẽ eq̃pa= ratur ecclesijs inferiorib⁹ epatu: nec priorat⁹ electiui q̃ sunt per se: nec habẽt abbatẽ superiorẽ: va= cant in curia . not. Archi.in. d.c. ij.nec etiã alij priorat⁹ electiui ꝛ eccl'ie collegiate quo ꝝ plati p ele ctionẽ assumunt ꝛ p quo ꝝ mortẽ ipse eccl'ie dicerent viduate. pre= sertim si habeant iurisditionẽ in illos de collegio: cũ in ipsis hẽat locũ conciliũ gñale.ne p defectu glo.in cle.q: regulares.in v[er]si. la= teraneñ.de sup.ne pre. fa.not. S. c.j.§. ꝛ cũ humane.d.c.ij.solũ cõ= prehẽdit ꝯuila p ꝯci.Lateranen. de ꝯces.pben.c.ij.no.p. d.c. ꝯciliũ gñale: vt no.in.d.c.ij. henri.in. c. innotuit.eo.ti.fa.c.op. d. c. statuto.ibi spectat collatio. ꝛ ibi cõfer= re valeant. de dignitatibus autẽ electiuis nõ sic loqueretur sed in alijs dignitatibus inferioribus: licet in eis ꝯuideatur per electio=

nem habet locū. d.c.ij. q: in ipsis nō seruatur forma.c. q: pp̄ter. e. ti. & cōprehendūtur sub. d. cōcilio Lateranen. ita intellige v̄bū electio in.d.c.ij. & tales nō debēt p̄prie dici dignitates/electiue: sꝫ oino[a] fiant[b]: q̄ cā cognita iuxta[c] collatiue. no.3.i iuris cōis[d]. & dicti nostri decreti[e] d.§. & cū hūane. dispositionē cōfirment vel infirment. Uerūtn̄ si forte aliqn̄ cō libere & sine dif tingat electionē aliquā: etiā alś ficultate oi via canonicā fieri q̄ in pturbationē[f] prohibitiua ele ecclie aut patrie vel boni publi ctionū semota. ci[g] pergere timeat: summ[h] pontifi.ver.in.l. si cū fer cū ad ipsum confirmatio de exceptiōe.§. qua lata fuerit: si talem vrgentissimā tenus.ff. qd̄ me.

a Omnino.i. ment.

cau.in.c. dudū.cū gl.§. de con.cōtu.3.c.j.§.fi.in fi.j.de cōcubi.c.j.§. j.cum ibi no.

b Fiāt.bene facit iste tex.[1] q ecclesie cathedrales regulares & collegiate electiue nō cadūt sub p̄uentionib[9] sicut nec vacāt i curia. facit.c.deliberatione.de offi.leg.in.vj. satis p.j.de colla.c.j.v̄. nec etiam collatiōes. vbi b̄ficia collatiua cadūt sub p̄uētionib[9]. secus ergo in veris electiuis. ar. a speciali.l.j.ff ad muni.c.nonne. de p̄sum.c.p̄senti. de prebē.in.vj. nec expressa collatione venit electio.c.cū in illis.de p̄ben.in.vj. et de hoc sunt arresta in curia parlamenti vt ferunt.

c Iuxta.i.secūdū. & relatiue sumuntur.si.ver.3.c.j.§.facta. in p̄nc. j.quo. di.offi.sit ce.c.j.c.vt sup.de app.in.vj.c.abbate.de v̄bo.sig.c. vt iuxta de offi.or.in.l.j.C. de epi. & cle.ibi Bald Aliquando.i.prope & localiter ponitur in.c.solite. §.hoc autē.de maio. & obe.l.qui edes.ff.de incē.rui.nauf. in.l. determinus.C. de aqueduct lib.xj. Bal.in.l.scire.ff.de excu.tuto.

d Cōmunis.c.fi.eo.tit.in.vj.Et no. q appellatione iuris communis stricte nō veniūt ista decreta 3.c.j.§.j.ver.sed q et.§.& cum humane.vers.necnon.sic nec venit extrauagans: sed id qd̄ in corpore iuris redactū est.c.pastoralis. de fide instru.

e Decreti.3.c. j.§.facta. an vbi confirmatio electionis petenda est in curia de beāt seruari dispositiōes.d. decreti.&.c.fi.eo.ti. in.vj. Ioā.an.dicit in.c.nihil.eo.ti. q aut talis est dignitas que comprehēditur in casu.c.cupientes.eo.titu.in.vj. et non est necessaria alia citatio: vt ibi habetur. idem in casu. c.j. eo. titu. & li. alias autē salua plenitudine ptātis se.ap.debent seruari in curia. facit.j.ver.verūtamen.

Benefi cia ele ctiua non ca dūt sub p̄uētio nibus.

f Perturbationē. quia electus est suspectus sentire male. de fide. aut ex origine: aut alias.

g Publici.q: timetur de cōiuratione vel cōspiratione in patriā: seu de reuelatione secretorū ratione patrie vnde est oriundus. q: anglicus. aut propter parētes suos qui patrie fuerunt infesti.

h Pontifex. idem puto in alio superiore ad quem delata fuerit confirmatio.propter enim istas causas pōt princeps se opponere confirmationi electi et contra eum obijcere q habet eū suspectum de proditione aut reuelatione secretorum: & si poterit hoc probare debet electio retractari. no.Inno.in.c. super his.de accu. vbi Panor.glo.in.c.j.lxiij.dist.fa. c.cum vniuersas.eo.tit.lxiiij. dist. adrianus.ij.xvij.q.j. licet.lxiij. di.

si forte. Panor.in.c.ex parte ade. de testi.in.c.qd sicut.eo.ti. Hosti. in.c.nobis.de iu.pa.naz interest principis ne eligatur aliqs sibi taliter suspectus.arg.ff.de pe.l.si qs aliqd.§.trās

fuge.ō re milit.l. cūm adesse cognouerit:ea prius oē.§.exploratores mature[a] discussa:ac parte plene res. ⁊.l. pditor defensa[b] accedente postea ro.

2 Eligendi initia en sit a pncipe petēda.

reo.ō iureiu. pe ecc. cardinalium aut maioris[c] titio.ff.l.pe.§.q

bus ad plenū.ℏſi.nam ecclesiarum.cū ibi no.[2] Ideo dicūt Innocē.⁊ Compost.in.d.c. ꝙ sicut. ꝙ potest ex cōsuetudine introduci: vt mors prelati nūtietur principi ⁊ ab eo petatur licentia eligendi prelatū seu requiratur ei⁹ assensus:itaqꝫ electio aliter facta debeat retractari.ar. lxiij.dist. lectis.c.abbatem.xviij.q.ij.lxiij. di. cum lōge. qd dictum seruatur in multis eccle'ijs frācie. no. Hen. in.d.c.nobis. licet sit contra text. illius.c.qd sicut.in ver.⁊ si secus. Aliquādo per vsurpationez: vbi innuitur qd contrarius vsus est abusus. ⁊ ibi;Panor.et.in.c.cum terra.c.j.eo.titu. c.j.de ꝯsue.c.cuz inter.eo. titu. Et in ciuitate salernitana dicitur esse consuetudo ꝙ mortuo prelato fiat notificatio populo ciuitatis anteꝗ̄ proceda tur ad electionē.[3] Quid si populus non vult consentire electo per collegiū: an debet retractari electio.glo.in.d.c.j.lxij.dist. videtur dicere ꝙ non habet instaz causam ⁊ rationabilē ꝯtradicendi:nisi forte scandalū generaret. qd est notādū ꝙ cum scandalo populi nō debet quis prefici etiā interueniente electione canonica.fa. iste text.c.cum teneamur. de pre.vbi Panor.c.nisi cum pridem.§.pro graui.cum ibi no.per Inno.de renū.no. panor.in. d.c.

3 Electioni si nō cōsentit pp̄ls qd iuris?

4 Defensio a pncipe auferri non potest.

j eo.titu.vnde cp̄s debet conari inquantū pōt deputare rectores cū beneplacito populi.ar.c. nullus inuitis.lxj.dist.d.c.j.lxij. dis. Hen.in.c. ofius.in.c.querelā. eo. tit. ⁊ Panor.in.c. cū venerabilis. de recep.in.d.c. ex parte.⁊ vbi timetur scandalū pōt fieri phibitio:vt quis non eligatur in certa ecclesia:licet ipse in nullo deliquerit.ad hoc.c. ꝯsiderauimus.eo.ti. vbi Pan.q: pp̄ter scandala euitanda multa sunt licita omittenda ex quo omitti pñt sine peccato.de prescrip.nihil.j.de excō. nō vi.c.j.ff.in princi.

a ¶ Mature.oia cum maturitate et deliberatione facīēda sunt. in extra. Jo.xxij.quorūdā.ff.in p.§. quibus attente.cum ibi no.

b ¶ Defensa.c.fi.eo.ti.in.vj.ff. c. j.§.facta[4] defensio em̄ est de iure naturali que non pōt auferri a principe.clem. pastoralis.de re iudi.per ea que no.Inno.in.c. que in ecclesiarū.de ꝯsti. late Panor.in.c.ex parte.ij.de offi.deleg. ⁊ dicit ro.pō.ꝯtra inauditā partem nihil possumus diffinire.c.j. de causa pos.⁊ pp̄ieta.⁊ causarū merita partiū assertione pandūtur.l.fi.C.si per vim vel alio modo.l.de vnoquoqꝫ.ff.de re iu.c.cū ex literis.de in integ.resti.

c ¶ Maioris.statur maiori parti ff.de re iud. duo ex tribus.c.fi.de re iu.c.quia pp̄ter.e.ti.c.j. de his que fiunt a ma.par.c.vbi doct.cū si. An autē maioritas ista in solo numero ꝯsistat:vel in dignitate: auctoritate:⁊ merito personarū.⁊ an in dispōnibus fiēdis per vniuersitatem siue collegium sufficiat maior pars non sanior: vel

ediuerso sanior lȝ minor. Bart. in.l.si vni.ff. de re iud. Inno. in. c.dudū.j.eo.ti.glo.et doc.in.c.ecclesia vestra.eo.ti.

a ¶Subscriptione.si.ē.tit.j.c.j. ver.tunc liceat. cum ibi no.

b ¶Reiecta. vide qđ electio ēt canonica cassak

no.Inno.in.d.c.nisi sicut.cū quis priuatur re sua sine culpa propter publicam vtilitatem debet recōpēsari in pretio rei sue.l.ij. C.pro qui.cau.ser.p̄.ac. li.no.in.l. si loc⁹.ff. quēad. ser.admit. Fre der.in.trac.per mu.q.xxv. anto. in tertia parte

partis subscriptiōe[a] hmōi cām verā sufficiētēq3 fore attestātium reiecta[b] tali electione ad caplm

sine culpa electi: non tamen sine causa legitima. et est casus vbi quis priuatur iure suo sine culpa sua non tñ sine causa propter publicaȝ vtilitatē [1] ,ppter quā| pōt qs priuari dñio sue rei l. itē si verberatū.ff. de rei ven. de euic.l.luci⁹.C.de quađ prescri. l. bñ a zenone.no. Inno.et doct. in.c.q̄ i ecclīarū.de ꝯsti.Bar.in.l. fi.C.si con. ius vel vti.in.j. ꝯsti. ff. veteris Cy.i.l.rescripta C.de prec. impera.off.Panor.in.c.j.de cōsti.glo.in c.cognoscētes. de ꝯsti. in.c.antiqua. de priui.Vñ ṽsus. Paupertas odium vitiū fauor et scelus ordo.Personas spoliant ⁊ loca iure suo.Et facit op. iste tex. ad no.p Inno.in.c.nisi cū pridē. de renun.Jo.an.in.c. qđ ob gratiam.de regu.iur.in.vj.in mercu. q vbi subest magna causa publicam vtilitatem cōcernēa pōt papa trāsferre ep̄m inuitū de vno ep̄atu ad aliuȝ sine culpa ipsius ep̄i: puta popul⁹ aut tyrannus ꝑsequit ep̄ȝ sine cā iusta.⁊ magis cor eorū inducescit cōtra cū si periculū est destructiōis eccl̄ie vel magni scandali ⁊ periculosi vel in sp̄ualib⁹. vel i tpalib⁹: tūc pōt papa qui est dei vicarius vt totum corpus ecclesie sit sanum illud membrum prescindere. facit.c.scias.vij.q.j. sȝ debet dare sibi bonum cambium ex quo sine culpa sua sit remotio vt dicit

summe. tit.xv.c.iij. Panor. in.c. quod dei timorē.de sta.mo. in.c. tua.de cle.egro.[2]vbi dicit q si presbyter est exosus populo: nec potest ibi administrare nec retinere ius p̄lature sine scandalo populi:tūc poterit remoueri. ar. op.illius.c.tua. secundum vnum intellectuȝ q leprosus oīno remoueatur propter scandalū sed de fructibus eccl̄ie sibi ꝓuideatur. hoc limitat Panor.in.c. questū. de rerū permu.si aliter nō pōt ecclesie consuli.saltē per dationem coadiutoris.si ep̄m potest ꝓuideri ꝑ coadiutoris dationē non putat q iuit⁹ possit trāsferri.sicut dr de ifirmo q̄ nō priuak.lȝ sit impotēs ad administrandū:sȝ dak coadiutor.đ cle.egr.ꝑ to.Sȝ an papa possit pro libito et sine causa trāsferre ep̄m iuitū vl eū depōere.no.in.c.ꝑ p̄ncipalē.ix.q.iij. Jo. an.in.d.c.qđ ob gratiaȝ.Jo.an.⁊ Panor.in.c.fi.de postul.prel. Jo. mo.in.c. generali e.ti.in.vj.Henri in nulla.de conces.prebē. Panor.in.c.fi.de.cōfir. vti.Bal.in.d. l.rescripta.vbi dicit quod omnia beneficia mundi sunt obedientialia ⁊ manualia respectu papalis potestatis. ideo potest pro libito volūtatis episcopū de suo episcopatu transferre. sed aut procedit ꝓuidēdo ⁊ non cogitur ꝓuisus transire: qr p̄sumik factū ei⁹ fauore:aut ꝓcedit iubēdo ⁊ co

1 Jure suo priuatur qs qñ q sine culpa.

2 Presbyter exosus pōt remoueri.

git trãsire: qz ꝑmitt' factũ fauo- re ecclie. vij.q.j. ois. sz i ꝯci la pi- sano cui pfuit Alexã. papa. sta- tutũ fuit q epi z abbates nõ po- sent transferri inuiti nisi subesset cã euidens z rõ-
nabilis. vt dicit vel cõuentũ remittat[a]: vt infra
Panor. in. d. c. fi. tẽpus[b] iuris vel aliud[c] iuxta lo-
de postu. ꝑl. Idẽ ei distãtiam[d] ad aliã[e] ex qua ta-
postea statutuz lia[f] euenire nõ formidet electio
est in ꝯcilio ꝯstãnẽ pceda nt. ¶ Censuit[g] tamen
tinopolitano: et
illud p'us statutũ fuerat in conci- lio apud aluerniam celebrato. de quo. vij.q.j. §.j. vbi tractatur de epoꝝ trãslatione: qd fuit postea cõfirmatũ a Grego. in c. j. eadem cã z.q. ptz ẽt ex ꝯcilio niceno ea- dẽ cã z.q. non opz. z Inno. iij. vo- luit trãslatiões epoꝝ dũtaxat de-
3 Eligendi forma est de iure positiuo. bere fieri ex cã necessitatz vel vti litatis eccliaꝫ. c. q̃nto. de trãs. pla to. ad hoc gl. in. c. j. x. di. qd no. ar- chi. in. c. j. de sum. tri. li. vj. Inno. z host. in. c. q a pleriqꝫ. de imu. ec. qd no. l. c. j. xxij. di. bene facit iste ter. An aũt possit reuocari cõmẽ- da. no. in. c. q plures. xxj. q. j. lic. ne mo. eo. ti. l. vj. l. c. si ꝯstiterit. de ac cu. z dic vt ibi p Panor.

a ¶ Remittat. necessario ex quo eligẽtes nõ fuerunt in culpa: sed vbi electio cassaret' propter defe- ctũ in materia vel i forma z essent eligẽtes priuati vel priuãdi ptã- te eligendi nõ teneret' remittere. c. q̃q̃. e. ti. i c. vl. no. s. c. j. §. facta.

b ¶ Tps iuris. triũ mensiũ in ca thedralib': regularibus: z colle- giatis. ecclesijs: prelertim si ha- beant plati earũ iurisditionez in collegiatos. c. ne pro defectu. eo. ti. cũ ibi no. p doc. In alijs aũt di gnitatib' z bñficijs inferioribus tps cõferendi est lex mẽsiũ. c. nul la. de ꝯces. pre. Fređ ꝯci. cxlvj.

c ¶ Aliud. Alia litera hz alia.

Et no. q papa remittẽs electio- nez ad eligentes põt restringere vel pgare tps iuris celebrãdi electionẽ. no. Inn. in. c. j. de his q fiunt a ma. par. ca. l. c. cũ i veteri. eo. tit. ad hoc. s. ti. j. c. j. ver. quẽ terminũ et põt limitare certam formã vocatio- nis absentiũ in electione. c. vbi maius. eo. ti. in. vj. de re iudi cuz olim. in fi. nã illud q p'sentes ibi solũ fuerũt vocati fuit de specia li mandato pape ꝛm Hosti. ibi- dẽ no. Archi. i. c. cũ i ecclijs. d pb. in. vj. Henr. in. c. cũ inter vniuer- sas. eo. ti. [3] forma em eligendi est de iure mere positiuo. no. In no. in. c. qd sicut. eo. ti. supra quod ius est papa. de ꝯces. pbẽ. propo suit. z qd sibi placuit hz vim le- gis. ff. de cõsti. prin. l. j. insti. de iu- re na. §. sed qd principi placuit.

d ¶ Distãtiã. ppt quã multa per mittũt' q alr' phibent': vt le. z no. in. c cũ ex lris. de in integ. resti.

e ¶ Aliam. electionem: vt sc.

f ¶ Talia. ecclesie vel boni pu- blici perturbatio.

g ¶ Censuit. vsqꝫ ad. §. item nec credit p'mo ponit' ecclie gallica ne determinatio sup fiẽda remis- sione promouendorũ p papã ad suos ordinarios pro ꝯsecratione z bñdictione vno casu dẽpto: in quo etiã p iuramẽto obedientie prestando idẽ statuit'. scdo pena recipientiũ munus consecratio- nis aut benedictionis extra cu- riam ab alio q̃: a suo ordinario. Secunda ibi. q si quis.

g ¶ Censuit. i. constituit: z ordina uit. ff. de verbo. sig. l. cẽleri. z est hoc verbum noui iuris pmulga- tiuum. glo. in cle. j. de cõces. pre-

prefata cõgregatio[a] q summus põtifex habeat[b] remittere[c] vnũ quẽq; per ipm aut ipsiꝰ auctoritate vt pmittitur[d] pmouendũ[e] a suũ immediatum superiorem pro munere cõsecrationis[f]: aut

ben.in cle j. de proba.

a ¶ Congregatio. ecclesie gallicane.

b ¶ Habeat si velit. non eñ põt cõstitutio inferioris ecclie ligare papã & imponere legez pape.c. inferior xxj. dis. de ma.et obe c. cũ inferior.cle.ne romani.eo.ti.

c ¶ Remittere. alias sine remissione & licẽtia pape confirmatus aut pñuius p papã nõ posset consecrari vel bñdici p inferiorẽ.ar. c.cũ in distribuẽdis.de tẽp.ord.c. meminimus.de accusa.c. 8 eo tẽpore eo.tit.in.vj. vbi Jo.and.archi.in.c.cũ nullus.de tẽpo.ord.in vj.nisi aliud haberet cõsuetudo. not.doc.in.c.meminimus.Hodie in curia romana cum promouentur epi p papam datur eis facultas recipiendi munus ꝯsecrationis a quocũq; catholico epo gratiã et cõionẽ se. aplice habente.

d ¶ Promittitur.§.ver. qq;.& ꝟ. veruntamen.

e ¶ Promouendũ.i.cõfirmandũ vel pmouendũ in casibus pmissis.8 c.j.§.j.& pñuisio papalis cuz pnuntiat aliquem epm vel abbatem hz vim electionis et confirmationis:sicut dicimus in collatione bñficiorũ not. Inno.in.c. cũ olim.de cau.posses.& proprie. Jo.an.in.c.j.c. vt circa.eo.titu.in vj Jo.an Henri.in.c.auditis.eo. ti.Jo.and.in.c. ne pro defectu.e. tit.vbi dicit q si potestas eligendi per negligentiam deuoluatur ad superiorem. vel als poterit superior eligere iure deuoluto: & postea confirmare iure pprio vt pot.erit pñidere vnico actu p viam.i prouisionis vel collationis. qr vbi due potestates concurrunt in eadem persona diuerso iure quas habet exercere propria auctoritate est in optione sua an velit pñidere vnico actu an diuersis p.l. si ꝯsul.ff. de adopt.l.preses. de offi.presi.c.cũ inter canonicos.c. cũ inter vniuersas.eo.tit. Ideo dico q si capitulum presentat epo se.epi. vacan. poterit capitulũ vnico actu conferre vel presentare vt capitulũ & instituere:vt gerens vices episcopi.ad hoc no.per panor.in.c. causam.eo.titulo.

f ¶ Cõsecrationis.q̃ petenda est ab electo in epm intra tres menses a tpe confirmatiõis c. ij.lxxv. di.c.di.qm no.in.c. si electio.eod. ti.in.vj.Henr.in.c.nulla. de ꝯces. pben.Bal.in.l.si qua p calũniam. C.de epi.& cle.[1] Et dz eps ꝯsecrari ab archiepo vel eps de mãdato archiepi duobus aliis epis coexistentibꝰ. et aliis de prouincia sufficienter vocatis lz non venientibus.lxvj. dist. porro. lxiiij. dist.c.j ij.iij.& iiij.lxv.dist. nõ debet et forte primas archiepi est requirendus. lxv.distin.placuit. sed Hostien.contra.in.c. nec episcopi.de temp.or. nisi sibi competat de consuetudine vel priuilegio. Archiepiscopus autem ab oibus epis suffraganeis qui eos debent interesse consecrari debet.lj.dist. qui autem.de quo le. & no.in.c.si archieps.&.c.sequen. de temp. ordi. nisi exempti q debent consecrari / vel benedici sicut hactenus consueuerunt in.c. nihil.in fi.eo. tit. sed de iure cessante consuetudine vel priuile-

1 Consecratio epi per quem dz fieri

gio dñt recipere ɔsecratione͂ vel bñdictione͂ a solo papa vel eius autoritate.xxiii.q.i. pudēda. [2] Ipse em̄ est p̄lat⁹ exēptoꝝ. xcii. dist.nulla.no.in.c.auctoritate.de priuile. in.vi. et

ita hodie seruat̄ bñdictiō'sᵃ ab eo vl' ei⁹ autorita in oibus qui re- cipiunt dignita

tem ab ipso.no.Panor.in.d.c.ni hil.circa qd voluit ꝓuidere hic cōgregatio gallicana: sed frustra cum non potuerit legem impo- nere pape.

2 Papa est p̄la tus ex ēptoꝝ.

a ❡Benedictionis. que spectat ad abbates.c.i.de supplen.negl. p̄la.no.in cle.ii.de statu reg.ꝛ be neficia electi ꝛ confirmati in ab batem post pacificam possessio- nem vacant ante benedictionez per.c.de multa. de preben.vt ibi no.Innoc.ꝛ alii.Guil.in.d. cle.ii. Priuilegiuz em̄ est electi in epm ꝙ pōt retinere sua bñficia vsq ad ɔsecratione͂ vel lapsuz tēpus de cōsecrandis inclusiue.c. cum in cūctis.eo.ti.glo. in.c si gratio- se.de rescrip.in.vi.Jo.and.in ad- di.spec.tit. de actio.ꝛ pe.§.super actionibus.circa fine͂. ideo nō de bet extēdi ad abbate͂.de priuile. sane. nec est eadē ratio: q: elect⁹ ante consecrationem nō est ep̄s: sed vocatur electus. c.tua.de his que fiunt a prela.c. nosti eo.titu. Panor.in.c.eam te.de rescriptis. fa.no.in.c. nisi specialis. de vsu. pal.in cle.i.de baptis.ꝛ potest re- pelli per exceptionem ne fiat epi scopus.c. super his. de accusa.sꝫ electus et confirmatus in abba- tem dicitur abbas etiā ante be- nedictionem. d.c.i.de sup.negli. prela.c.meminimus. de accus.q: per consecrationem episcopi cō- fertur ordo: vt nota. in proe. vi. nō sic p bñdictione͂:ꝛ licet possit

3 Bñfi cia pro moti on sta tim p ꝓuisio nem va cent.

repelli p exceptione͂ ne bñdicat̄ nō tamen ne fiat abbas. de hoc late per Oldra.consil xiii.

b ❡Promot⁹.[3] bñficia promo ti ꝛ pronuntiati in curia ro.non vacant imme- diate p ꝓuisio- ne͂:sꝫ expectādū est vt ɔsequatur

te ɔsequēdo nisi dict⁹ ꝓmotusᵇ

prius adm'nistratione͂ ꝛ cōsecre- tur:vel lapsum tp̄s de cōsecran- dis.c.cū in cūctis.eo.ti. sed dicta curia de facto hoc nō seruat.not. in cle.i.vt lite.pen. ꝛ si tpe conse- crationis possessione͂ habebat et fuerit consecratus in curia: va- cant eius beneficia in curia. sed si consecratus possessione͂ nō ha- bens vadit ad partes: et ep̄iscos patus possessionem apprehēdat priora illi⁹ bñficia non vacant in curia:q: p solā cōsecrationem nō vacant:licet per ɔsecrationem et possessione͂/ aut lapsum tp̄s quo debuit ɔsecrari. d.c. cū in cūctis. §.cū vero.vbi doct.not. in.d.cle. Pau.in cle.in plerisq. eo.tit. Ar- chi.ꝛ doc.in.c.ɔmissa.eo.ti.in.vi. pōt tñ ꝓnūtiat⁹ statim adminis strare.no.doc.in.c. transmissam. eo.ti.per illud ca.ꝛ.c. nosti.c.qua liter.c.nihil.eo tit. ꝙ iura vident̄ exigere solā ɔfirmatione͂ ad ptā te͂ administrandi. ad hoc ca.aua ritie.eo.ti.in.vi.c. q̄to.lxiii. di.cū ibi no.si.in tutore:q statim admi nistrat cū scit se datū tutorem.l. i.ff.de admi.tu.cui equiparatur p̄lat⁹.c.ii.de dona cle. q: ɔtingit. de reli.do.no.in.c.fi.de pign.no. Inn.i.c.cū sup.d cau. pos.ꝛ ppe. vbi Panor.sentit.gl.iuris ciuilis in.l.priuatoꝝ.C.d iuris.om.iu qd limita qñ ali⁹ nō est i possessione p̄lature tāq p̄lat⁹.si em̄ ali⁹ eēt i possessiōe p̄laturē l; iniuste:tunc nō est licitū ɔfirmato vel prouiso

administrare/nisi pri⁹ iducat le=gitime i possessionē.q: sec⁹ facie=do ei.et spoliare possessionē ꝓpria auctoritate:qđ nō lz.xvi.q.vi.pla=cuit.c.eū q.de p̄bē.in.vi.ff.qđ me. causa. extat.l. si qs in tantam.C. vn̄ vi. ad hoc.c. lz.ii.de p̄bē.i.vi. no.Inn. in.c. li=teris.de restitu. spo.de.rot.deci. iiii.et etiā vbi cō=suetudo ecclesie haberet specifi=ce q an istalla=tionē p̄lat⁹ non admistraret ser=uāda esset ꝯsue=tudo.c.i his.xi. di.c.ii. de consue.

a ℭ Curia ro.que est vbi est ipa=pa.c.p̄nti.de p̄ben.in.vi.si.℣.j.de cen.c.j.c.vbi periculū.eo.ti.in.vi. c.lz.j.c.statutū.de p̄bē. in.vi. cle. ne romani.e.ti.i cle.j.de iudi.cle. j.vt lit.pēden.cle.j. de magis.c.ii. de magis.in.vi.vbi pz q ius ciui=le potest legi i curia romana.[1] et tñ nō pōt legi parisius.c. super specula.de magis.

b ℭ Inibi.locuz no.in.l.j.§.sibi au=tē.ff.de vi et vi armis.Aliqñ tpali=ter ponit in.l.si quis in legatiōe. cū ibi.no.ff.de iudi.

c ℭ Nihilominus.i.non eo min⁹. si.ver.s.c.j.§. facta.in prin.et ℣.et nihilominus.j.de colla.c.j.§. sta=tuit.℣.et nihilomin⁹.j.de cōcu.c. j.§.j.ff. vi bo.rap.ii.in p̄n.de edil. edi.l.cum mācipiū.C. de iudi.l. properandum. in fi.

d ℭ Bn̄dictos[2]ꝯsecrati et bn̄di=cti in curia romana non sunt pro=pterea exēpti a suis superiorib⁹ sz eis pl⁹ alis eiusdē ordinis ce=teris parib⁹ ē deferēdū.c.ꝑ tuas de maio.et obe.propter reueren=

sit p̄sens in curia[a] et velit inibi[b] cōsecrari.Et nihilominus[c] conse=cratos aut bn̄dictos[d] in curia ro=mana remittat[e] ad eoꝝ imedia=te superiores prestituros eis aut i psis absentib⁹ eorū vicariis[f] de=bite obedientie iuramentū.[g] Qđ si qs p̄sumat recipe mun⁹ ꝯsecra=tiōis vel bn̄dictiōis ex curiā: etiā in vim cuiuscūq; cōmissiōis ap̄li=ce ab alio q̄ a suo imediato supio=re vel ei⁹ auctoritate icurrat[h] pe=

t'am maioris: qui manus eis ap=posuit.de ꝯse.dist.ii.c.vl.l.fi.ff. de albo scri.

e ℭ Remittat nō exēptos: q: exē=pti nō tenent prestare iuramen=tū obediētie epo diocesano cū il=lud sit ꝯtrariū liber=tati.c.cū olim.in fi.de priuileg.

f ℭ Vicarius. cō=cor.j. de colla.c. j.§. statuit. et.§. item valuit. cuz ibi not.

g ℭ Iurm. [3] qđ habēt p̄stare epi nō exempti suo metropoli=tano.c.dilecti.de maio.et obe.fm eā formā quā p̄stant epi i media=ti subiecti.ro. eccle. ipsi pape de qua in.c.ego.de iureiur.et abba=tes nō exempti suo diocesano.c. null⁹.de iureiur.xxiii.di.q̄cq;. iux formā.c.ne dei.ꝯ simo.exēpti im=mediate subiecti ro.pō. iurā so=li pape.c.antiq. de priuile. sz ho=die ꝯfirmati aut ꝯsecrati vl ꝓmo=ti in curia iurēt pape.no.post. et Io.and.ibidē.nihilomin⁹ tñ dn̄t iurare suis supiorībus imediatis cū nō sint exēpti ab eis:vt dictuz est.s.et de plurimis formis iura=mētoꝝ vide in spe ti. de iureiu. ver.illud.A to.in.ii.pte. sum. ti. x.c.v.qb⁹ adde.s.c.j.§.j. ℣.decre=uitq;.et .§.et cum humane. ℣. ego em̄. [4] An autē clerici bn̄ficiati debeāt iurare obed ētiā et reue=rētiā epo diocesano legit et no.in c.legebat.in.c.cuz in ecclesiis. de maio.et obe.in.c.cū clerici.et e ver=bo.sig.et in iuribus allegatis.

h ℭ Incurrat. ipo facto.s. c.j.§. facta.℣.et nihilominus.et.§.dein=de.cū ibi no.sed nō puto hāc pe=

1 Leges patis⁹ nō de=bent le=gi.

2 Bn̄di=cti et cō=secrati ꝑ papā nō sunt exēpti.

3 Jura=mēta ꝑ inferio=res su=periori=bus p̄=stāda.

4 Clerici bn̄ficia=ti cui iu=rare de=bent.

nam locū habere: cum hec modi
5 ficatio nō fuit approbata p cō:
Fabri: liū basilieñ. J in ſ. hui⁹ ti §. demū.
ca qd nec potuit aut pteccl'ia ga l'cana
ſit. imponere legem pape: vt dictum
eſt. S. ḡ nec ipo:
, net penam reci nam cētū aureoꝝ[a] mediatiꝫ ap:
pīeti ꝯſecratio plicādoꝝ ordinario[b] ⁊ fabrice[c]
6 nē vel bñdictio:
Mēdi nē a papa vel ei⁹ auctoritate: q:
cantes hoc eſſet idirecte imponere legē
q̄ pui: pape. cle. j. de excel. p̄la. circa p̄n.
legia c. ꝗto. de p̄uile. cū ibi no. vbi q̄
hñt. nō pōt excōicari ex puilegio non
dꝫ excōicari ēt indirecte ſubtra:
hendo alios a ſua cōione. Fieret
eīm fraus legi: ⁊ vna via fieret qđ
7 alia eſſet phibitū. cōtra. c. tue. de
Fabri: procu. regula cum quid vna. de
ce red regu. iur. in. vj. cum ſi.
dit⁹ p a ℭ Aureoꝝ. ſi. ꝟ. j. de anna. §. itē
qs pci: fuit. vbi de marca auri de flore.
pi dñt. nis habes. j. de coll. c. j. §. inſup. ꝟ.
ꝙ ſi aliquis. c. j. con. fri. ap. de li:
brb. j. de anna. §. voluit.
b ℭ Ordinario. ꝯſecrandi vel bñ
8 dicēdi cui facta eſt iniuria: cū ab
Pau: eo ſuus ſubditus non fuit conſe:
perib⁹ cratus vel bñdictus. ad hoc. j. de
in gñe pig. di. cul. c. j. cum ibi no.
relicta c ℭ Fabrice i. [?] ſtructure / ⁊ re:
pñt ap paratiōi eccl'ie. de ꝯſe. di. j. de fa:
plicari brica. q̄ puilegiata eſt. nā de reli
fabriec ctis fabrice non ſoluit canonica
portio epo aut eccl'ie pochiali. c.
ſi. de teſta. c. ex pte. lū de v̄bo. ſig.
niſi p mēdicātes q̄ tenētur ſolue
re eccl'ie parochiali. cle. dudū. §.
verū. de ſepul. q̄ prorogata ē p Jo.
xxij. ad auguſtinēſes ⁊ carmeli:
tas. ⁊ p Calixtū. iij. in declaratio
ne quā fecit ſup. d. cle. q̄ icipit ad
ppetuā. ⁊ hoc in recompēſationē
dānoꝝ q̄ ſuſtinent eccl'ie paro:
chiales ppter p̄uilegia cōceſſa
dictis fratribus [5] in eo ꝙ poſ:
ſunt audire cōfeſſiones / p̄dica:
re / ⁊ recipere alienos parochia:
nos ad ſepulturā. de quo p Bal.
in. l. ſi qs ad declinādā. C. de epi.
⁊ cle. vbi tractat materiam carta
rū epī et eccl'ie parrochialis: ⁊ ha
bebat olī fabri
ca eccleſie quar
tā partē reddi:
tuū ⁊ oblationū
eccl'ie. xij. q. ij. quatuor. ⁊. c. ſequē.
et pcipiens hmōi partē habebat
onus fabrice. x. q. iij. vnio. Quis
autem debeat habere onus. no.
in. c. j. in. c. de his. de eccl. edi. [7]
hodie de ꝯſuetudine quaſi vbiqꝫ
illud habent laici matricularij q̄
percipiūt reddit⁹ fabrice qđ pōt
fieri. vt no. Panor in. d. c. decerni
mus. de iudi. ⁊ pōt epiſcopus cū
maiori pte capituli minore ꝯtra:
dicēte ſtatuere qđ quilibet cano
nicus habeat conferre de reddi:
tibus p̄bēde ad reparationē fa:
brice eccl'ie cathedralis. c. fin. de
his q̄ fi. a maio. par. ca. An autē
poſſit ibidē applicare fruct⁹ bñfi
cioꝝ vacantiū in ſua dioceſi.
no. Jo. an. in. c. ſi ppter. de reſcri.
in. vj. in no. S. in extraua. Jo. xxij.
ſuſcepti. ⁊ p fabrica poſſunt alie
g ¶ Collegiatis. in q̄bus s̄m mul tos collatio pbēdarū spectat ad collegiū. ar. c. cū in ecclesijs. de p̄bē. in. vj. c. ex transmissa. de renū. de ro. de. i. clxx. in ecclesijs aute3 cathedralibus ad episcopum et ca itulum simul de iure. c. nouit. de his q̄ fi. a prela. de quo gloss. 7 doc. in. c. cum ecclesia. de elec.

h ¶ Numer[9]. ecclesiarū [3] collegiatarū quedā sunt numerate q̄ habēt certum numerū canonicorū 7 pbēdarū. 7 harū q̄dā habent prebēdas distinctas i certis redditib[9] possessiōib[9] seu turibus: vt puta q̄ñ tres possessiōes vel due deputant p vna pbēda: aliq̄ sunt q̄ habēt portiones certas p̄ sle: giatas: puta q̄ñ oēs reddit[9] sunt cōes 7 pcipiunt per vnū loco capituli. in fine anni fiūt certe portiones: 7 s̄m priuilegiū vel statutum datur cuilibet portio sua: et in talibus ecclesijs posset papa creare nouos canonicos vltra numerum: absq̄ tñ expectatiōe pre

1 Canonici cathedralis ecclesie sunt honorabiliores alijs.

2 Prebēdam ecclesie cathedralis nō pōt hīre minor q̄ tuordecim annis.

3 Ecclīarū collegiatarū q̄dā sūt nūerate: q̄dā nō

bende: 7 debebūt recipi: caueāt tñ q́ i eorū literis sit clausula nō obstāte certo canonicorū numero 7c. vbi numerus esset iuratus: vel ap. auctoritate ꝯfirmatus. c. cōstitutus. de rescrip. panor. in. c. dilectis. de ap. Talis em̄ creatio non est iuribus basilien. ꝓhibita
4 nec repugnat canon. cis institutis. c. relatū. c. dilectus. s. de pbē. cū expectatione tñ prebēde vacature nō posset hodie: cū gratie expectatiue sint dānate. s. eo. §. j. v. volēs itaq: nisi in certis casibus vt in. d. §. v. nō tamē intēdit. s. e. §. item voluit. qd ergo ius habebit ta. is canonicus supernumerarius? certe ius istius creati erit valde tenue 7 exile: 7 extinguet cum persona. c. dilecto. de prebē. ideo[4] talis canonicat⁹ supnumerari⁹ nō poterit ꝑmutari. no.

Ca-nōi-cat⁹ su-pernu-merari⁹ per-mutari nō pōt.

5 Joā. de lig. in cle. j. de re ꝑmu. qz de natura ꝑmutationis est: q ex trema ꝑmutata eadē numeraliter maneāt et in bñficialib⁹ probat tot⁹ titul⁹ de re. ꝑmu. ff. 7. C. in decre. in. vj. 7 in cle. sz hic si dictus canōicat⁹ ꝑmutaret nō maneret idē: qz cū iura vltra numeraria renūtiant extiguunt. fluūt em̄. 7 refluūt ad mutationē ꝑsone: vt dictū est: sec⁹ qñ renūtiant canonicat⁹ 7 pbēde intra numerū ex cā ꝑmutatiōis: qz nō extinguūtur hec iura sed omno manēt eadē. lz Lap. velit cōtra in. c. j. de

Canōi-cus su-pernu-merari⁹ an hēat ꝑ-uilegia canoni-corum.

6 re. ꝑmu. in. vj. vbi ꝑ do. Frede. in trac. ꝑmu. q. xiiij. panor. l. c. cū oll. de re. ꝑmu. nec puto q talis creatus debeat hr̄e aliquā cōmoditatem in ecclia: puta vocē in capl̄o aut recipere distributiōes quotidianas: cū habeat quoddam ius vētosum: ꝑ no. per gl. 7 Joan. an. l. c. cū. m. de ꝯsti. de ro. deci. cccc l. vbi dicūt q talis creatus hr̄s ex

Canōi-cat⁹ q̄-le ius est.

pectatiuā pbēde nō dr̄ habere pbēficiū. 7 q de ꝯsuetudie curie receptū est q isti creati vltra numerū nihil interim recipiāt. qd not. Bar. in. l. si duas. §. grāmatici. ff. de execu. tu. q canonic⁹[5] supernumerari⁹ non gaudet puilegijs canōicoꝝ. ꝓderit tñ isti. creato q redditur capax dignitatis illius ecclie: q̄ ex ꝯsuetudie vel statuto requireret canonicatū. vacat tñ talis canonicat⁹ post collationē prebende sibi factā cui esset canonicat⁹ annex⁹: vt no. in. d. c. dilect⁹. qz non pōt ibi hr̄e duos canonicatus. cle. si. de preb. nec miruz si possit fieri hmōi creatio: qz aliud est prebenda: aliud canonicat⁹ vt no. in. d. c. cū. m. Guil. in. d. cle. fin. he. i. in. c. ij. de insti. 7 a principio erāt canonici sine prebēdis distictis maxie qñ ecclia nō habebat tpalia. xij. q. j. videtes. 7 pōt quis esse perfectus canonic⁹ sine pbēda. not. Inno. in. c. si. de cle. nō resi. in. d. c. dilect⁹. lz rot. aliter deci. cccclxiij. 7 canonicatus[6] est ius spūale 7 incorporale. iō ei⁹ creatio supnumeraria concanonicis nō pndicat est em̄ in charitate 7 fraternitate: et in officio diuino absq diminutiōe tēporalia aliorum: 7 spualia plus ꝓuint in pluribus q̄ i paucis. qz aīs dona spiritus sctī nō dant ad mēsura no. de ꝯse. di. v. nō mediocriter. si tñ ds fuerit recept⁹ in canonicū vltra nūerū auctoritate pape i casu quo pōt dare expectatiuā ille haberet ius ad pmā pbendā vacatu. ā ita q collatio alteri facta nō teneret. c. si postq̄. de pbē. l. vj. 7 si papa mādasset eū recipi i canōicū cū plenitudie iur3 canonicalz. vt l. d. c. dilect⁹. c. ꝓposuit. de ꝯces. pbē. interim deberet habere oia iura canonicalia ꝑ illō. c. dilect⁹

¶ voluit doct.in.d.c.cũ.m. al's aũt
nihil ꝑcipiet. ⁊ erit canonicꝰ ho:
norariꝰ in herbis:q꞉ interim non
ꝑcipit fructũ: sicut nõ percipit ex
herba donec veniat tẽpus fructꝰ
Alie sunt[1]eccl'ie in quibus est
certus numerꝰ canonicoꝝ: s꞉ nõ
sunt ꝑbende distincte nec ꝑ pos:
sessiones:nec ꝑ portiones priui:
legiatas sed de oibus redditibꝰ
iuxta numerũ canonicorũ dãtur
portiões.vnde si sunt plures mi:
nus:si pauciores plus habent.⁊
de istis habetur in.c.fi.de cõces.
prebẽ.in.vj. ⁊ i istis dic idẽ quod
s.tamen vbi cõstaret papam per
suum mandatum velle frangere
numerũ:vt q꞉ mandat canonicũ
creatum recipi in illa ecclesia cu꞉
plenitudie iuris canonicalis ha:
bebit extũc tales portiones:cũ ve
niant accessorie ad numerũ cano
nicorum.ideo rupto ipso nume:
ro videt̃ ꝙ debeant̃ ipsi canoni:
co supnumerario.ar.c. translato.
de cõsti.c.accessoriũ.de re iudi.in
vj sed verius est ꝙ nõ frangitur
numerus portionũ:cum nullus
subesset numerus:sed fierẽt por:
tiones ſm ꝙ ibi sunt canonici:vt
voluit doc.in.d.c.dilectus.ad hoc
d.c.fi. de concel.ꝑbend.in.vj.ad:
uerte ꝙ in dubio vbi statuit̃ cer
tus numerus canonicorũ ꝑ cõse:
quẽtiam videtur tũc determina:
ri numerus ꝑbẽdaꝝ iuxta nume
rum canonicorũ. not. Inno.in.c.
ex ꝑte.de ꝯces.ꝑben.per quẽ text.
patet ꝙ certus nũerus non dicit̃
esse in eccl'ia ex sola facti ꝯtingẽ:
tia:vt q꞉ sunt ibi.x.vel.xij.canoni
ci: sed qñ ex fundatione statuto
vel priuilegio est dispositũ ꝙ sint
vsq꞉ ad talẽ numerũ ⁊ nõ plures
facit qð habet̃ in.d.c.cũ. in c.con
stitutus. Aliqñ contingit[2]ꝙ in
aliquaꝰ ecclesia est certus nume:
rus ꝑbendarũ s꞉ nõ canonicorũ:
⁊ tũc vbi papa in casu permisso
mãdat aliquem recipi in canoni
cũ sub expectatiõe ꝑbẽde debe:
bit recipi ⁊ etiã si nõ sit facta men:
tio de numero ex quo non est cer
tus nũerꝰ canonicorũ. Aliquãdo
cõtingit ꝙ in ecclesia nõ est certꝰ
numerus canonicorũ nec prebẽ:
darũ:⁊ i illa nõ numerata eccl'ia
nõ ẽ dare vacationẽ canonicatuu
vel ꝑbendarũ: q꞉ vacatio dr̃ re:
spectu existentie ⁊ numeri.d.c.ex
parte.Innoc.in.c.cũ in eccl'ia. de
elec.Bar.in marga. in.p.cum em̃
in ea q̃s recipit̃ canonico crea:
tur quoddam ius de nouo quod
extinguit̃ cũ ꝑsona.:d.c. dilecto.⁊
dicit ibi Inno. ꝙ si canonicꝰ mo
riat̃ in illa ecclesia:⁊ impetret̃ ca
nonicatꝰ vel ꝑbenda tanq̃ vacãs
nõ valerẽt litere: q꞉ canonicatus
nõ vacauit:s꞉ desijt esse.idẽ Com
pol.in.c.capitulũ.de rescript.i gl.
magna.§.itẽ q̃d si papa mandat.
sed cõtrariũ innuit glos.in.d.c.fi.
de ꝯcel.ꝑben.in.vj.⁊ doct.in.d.c.
ex parte.vbi cõcludunt ꝙ manda
tũ de prouidẽdo in aliq̃ eccl'ia nõ
obstãte certo nũero ⁊c.extẽdit̃ ad
eccl'ia꞉ nõ nũeratã: q꞉ illa clausu
la venit potiꝰ ad augmẽtũ q̃ ad
diminutionẽ:⁊ ad tollẽdũ obsta:
culũ si qð eẽt ẽt si mãdatũ fuerit
de ꝑbẽda ii vacat :vl'q̃ ꝑrimo va
cauerit: q꞉ si papa voluit prouí:
deri per tales literas in ecclesia
in qua haberet locũ vacatio ⁊ sic
in eccl'ia numerata:multo fortiꝰ
in eccl'ia non numerata.arg.c.ex
parte.de deci c.ꝑ venerabilẽ.qui
filij sunt legi.hec tenent.d. Ant.
⁊ Panor.in.d.c. cõstitutus.per il:
lum textum: q꞉ ibi faciendo men
tionẽ de prebenda vacatura taci
te fiebat mẽtio de numero.d.c.di
lecto.⁊ nihilominꝰ debebat ꝑui:

1 Prebẽ: de qñ: ꝙ disti cte nõ sunt s꞉ canoni coꝝ nu merus sit cer: tus.

2 Prebẽ: de qñ: ꝙ sunt nũera: te: sed non ca nonici

deri isti si statutū de numero nō
z cessisset. Sed dicit Jo. de Imo.
in.d.c.fi. de concess pben. q licet
predicta opinio videat equa et
in practica seruet: tamen de iu-
ris rigore nō vi-
detur vera: qz l
istis literis be-
neficialibus nō
valet argumen-
tū de maiori ad
min9: vt ptz in
c.cui de non. de
pben. in.vj. not.
3 Prebē-da z ca-nonica-tus dif-ferunt. henr.in.c.nōne.
de psumpt. Pa-
nor.i.c.at si cle-
rici.§. de adulte
rus.de iudic. et
sic lz maius sit prouideri in eccle
sia numerata q̄ non numerata:
tamē nō videt mādatum de pri-
ma extendi ad secundam: z quod
dictū est de mandato a p. quo ad
istas ecclīas nō numeratas idez
censeo dicendū in nominationibus.
a ❡ Prebendarū. no. [3] q aliud
est prebenda aliud canonicatus
vt dictū est. vbi tamen prebende
z canonicatus essent annexi col-
lata prebenda intelligit canoni-
catus collatus. argu. in. l. illud. ff.
de acquir. here. vbi Ang. c. super
4 duplx an pos-sit qs eē sub eodem tecto. eo. de preben. in. vj. tunc eñ ap-
pellatur illud ius vnicū et indi-
uiduū. c. dilectus. de preben. Pa-
nor. in. c. tue. eo. tit. z adēptio pbē-
de solius sine canonicatu nō va-
leret. arg in. l. si ita. §. regula. ff. d
libe. z posthu. vbi Imo.
b ❡ Uitetur. debet tolli omnis
occasio delinquendi. j. q. j. emen-
dari. c. cuz ab omni. de vita z ho.
cleri l. j. ff. quemad. testa. ape. l. j.
nau. cau. stab.
c ❡ Occasio. quam prestare so-
let expectatio vacaturorū. s. eod.

prebendarū[a] cū appositione de-
creti irritantis: z tāto magis vi-
tet[b] occasio[c] captande[d] aut desi-
derande mortis aliene. Nisi in
eo casu dūtaxat[e] in quo dignitas
vel officium: de qua vel de quo
ipse[f] alicui conferet[g] puidendū
iuxta formā antedictam[h] requi-
reret[i] forsan canonicatum in ec-
clesia a qua depēderet dignitas
antefacta: ita tñ q per hmōi crea-
tionē canonie canonicus huius-

.§. j. cū ibi no. in pro. §. quibus ad
plenum. ver. ceterum.
d ❡ Captande. si. ꝯ. in. c. nec ca-
ptande. de cōcel. preben. in. vj.
e ❡ Dūtaxat. i. tm ex penitenti-
bus. l. dist. cle. j.
de sequel. c. ꝯtin
git. de iureiu. in
vj. vbi Archi. l.
cū in testamen-
to. ff. de ꝯb. sig.
vbi testator ius-
sit expēdi c. au-
reos dūtaxat in
monumento. s.
de elec. c. fi. no. d
tē. ord. c. j. in. vj.
de qua Bart. in
l. iij. §. titio. ff. de
adi. leg. in. l. j. ff. si qs ius di. non
ob. Oldra. consi. clxxxvj.
f ❡ Ipse. ro. ponti. nō alius ordi-
narius. et melior esset litera ipsi
vt consonet in casu cū ꝯ. ro. pon-
tifices: quod precedit.
g ❡ Conferet. alias conferent cō-
gruentius.
h ❡ Antedictam. s. eod. §. item
voluit. z. §. seq.
i ❡ Requireret. vt est quasi in oi
bus ecclesijs regni frācie de con-
suetudine prescripta q dignitas
non pōt nec dz cōferri nisi cano-
nico illius ecclīe. de quo not. s. e.
.§. j. in versic. similiter. sed [4] de
iure cōi nō pōt qs esse duplex in
eadē ecclīa siue in beneficijs vni-
formib9: vt habere duos canoni-
catus vel duas pbendas. c. lite-
ras. de ꝯces. pben. Inno. in. c. cum
iā dudū. de pbē. gl. in. c. dudū. de
ele. z vacat vna p assecutionē al-
terius. cle. fi. de pb. glo. z Bart. in
l. eis. C. qui mit. in pos. lib. xij. cle.
fi. eo. titu. nec valeret consuetudo
in contrariū. c. j. de consue. in. vj.
nec posset eps in hoc casu dispē-

sate:vt no.in dictis iuribus, vbi
doc.siue difformibus:q: de iure
cōi nō pōt hri dignitas ꝛ pbēda
in eadem eccl'ia c.sanctoꝝ.lxx.di.
nisi ex statuto vel ꝯsuetudine ec-
clesie:vt no.Jo.

turū ius pbendale obtinēd u:,vt
in iuribus allegatis.nō tñ intelli
gas ꝙ iste habeat ius afficiēs pri
mā prebēdā vacaturā ex tali re-
ceptione:q: collator ꝛ capitulum
nō poterant da-

and. ꝛ alij in. d. | modi si saltem[a] preter[b] cōsensuz | re ius ad primā
c.j.in.c.eā te.de | collatoris[c] crearetur nō expectet | prebendā vaca
rescrip.in.c. po- | prebendam de proximo vacatu- | turā.d.c.dilecto
stulasti.de ꝯces. | ram in vim scz creationis hmōi | ideo si collator
pbē.in.c. a colla | | post receptionē

tione.d ap.in.vj.c.cū in ecclesia.
de pben.in.vj. vel ex dispensatio
ne epi:vt not.in.d.c.j.in.d.cle.si.
de pben.Joā.and.in.d.c.literas.
a ℂ Saltem.est cōiunctio aduer
satiua q̄ diminutionē significat.
c.statutū.§.cū vero.de rescrip.in
vj.vbi Archi.aliqn̄ est causatiua.
l.oēs.C.de epi.ꝛ cle.sed qn̄ iungi
tur cū vel aut seu importat alter
nationē ordinis.patet l.c.q: pp.
de elec.vbi Jo.an.ꝛ Panor.in.c.
per vras.de do.inter virū ꝛ vxo.
no.Pan.in cle.cām.de elec.p Jo.
and.in addi.spe.tit.de offi.iud.§.
vlti.versi.sed nunquid a senten-
tia.Bar.in.l.j.ff.de iur.codicil.
b ℂ Preter.id est sine consensu.
c ℂ Collatoris.qui potest creare
nouū canonicū vltra numerum:
presertim cū ꝯsensu capituli.ꝛ vbi
nūerus nō est aplica auctoritate
firmat9.c.dilecto.c.vacāte.c. pro
illorū.de prebē.c.cū.m.de consti.
Sed[1] aut simpliciter creat ꝛ re
cipitur vltra numerū:ꝛ frangitur
numerus canonicoꝝ.d.c.cum.m,
ibi in derogationē sue cōstitutio
nis:ꝛ perꝯns sic receptus dz hr̄e
oia iura canonicalia et expectare
pbendaz tpe suo.c.dilectus.j. de
pbend.aut creatur et recipit hoc
adiecto vt sit supnumerarius: et
tunc nō frāgitur nūerus.ꝛ sic re-
ceptus nō habet ius integrū:sed
est quoddā ius pparatoriū ad fu

primā prebendā conferat alteri
valebit collatio.no.Jnn.ꝛ alij in
c.inter cetera.de pbē.nec ob.si di
catur ꝙ psona eccl'iastica nō pōt
variare.c.cū aūt.de iur.pa.cū ibi
loquat qn̄ phtatio fuit facta ad
bnficiū vacans:non aūt loquitur
de beneficio vacaturo:ad qd ob-
tinendū nō pōt inferior circa pa-
pam dare ius.nec ob.c.relatū.de
pben.q: verū est ꝙ collator obli
gatur illi ad puidendū:q: non vi
detur cōgruū vt prebēda careat
q̄ in canonicū est receptus:nō tñ
sequitur ꝙ prebēda primo vaca-
tura sit ei affecta.nec ob.c. si post
ꝗ.de pben.in.vj.q: loquit in re-
cepto auctoritate pape. aduerte
tñ ꝙ collator puidendo alteri te
net isti creato quē illusit de red-
ditibus cōibus puidere iuxta for
mam.d.c. dilectus.vbi capitulu
obligatur ad illā puisionem pro
pter transgressionē mandati pa-
pe:ita debet obligari per trans-
gressionē mādati legalis:vt.d.c.
relatum.ad hoc.d.c.inter cetera
cum ibi not.aut creatur canoni-
cus supernumerarius ad effectū
duntaxat dignitatis obtinende
que requirit canonicatum:ꝛ tunc
non videtur ꝙ collator teneatur
eidem prouidere de prebenda.p
not.s.in versi.numerus.licet iste
textus aliud innuat a contrario:
sed vt.s.dixi nō est hic aliqua di-

f Canonic9 supernumerarius an frāgāt nūerū.

spositio: sed aduisamentum.
a ¶Debeat forte qz mādatū de puidēdo de vacatura est in casu pmisso pape: vel ē notat⁹ vel graduatus hmōi creat⁹ canonicus.

¶De causis.

Ecclesiastice. vsqz ad §. et ne. pito ponit breue exordiū. Secundo inconuenientia que pueniūt ex cautarū de partibus longinqs ad romanā curiam euocatione. Tertio ponitur constitutio super dictis causis tractādis in prima instātia in partib⁹ vltra quatuor dietas a ro. curia distantib⁹ vno casu excepto. Secūda: ibi: inoleuerunt. Tertia statuit: hoc decretum factum fuit ante dissolutionē Basilieñ. ɔcilii. xi. kal. februarij. anno. M. cccc. xxxv. alij tamē dicunt post dissolutionem. anno. 1. xxxviii. ix. kal. februarij.

b ¶Ecclesiastice. alibi dicit operose sollicitudinis studiū. cle. dudum. de sepult.

c ¶Sollicitudinis. prelatus debet esse in sollicitudine nō in qete. xvi. q. i. in canonibus. xl. iii. dist. in mandatis. spec. tit. de elec. §. i. ℣. publicatiōe. S. ti. i. c. i. circa pn.

d ¶Jugiter. i. assidue ⁊ cōtinue. ⁊ hec ℣ba ⁊ si frequentiā notant nō tēporis cōtinuationē. de cōse. dist. v. nunqȝ. xxxvii. dist. de quibusdā. ibi assidue doceant. de of. archipres. c. i. vbi exponit Hostiē. ver. assidue. i. horis cōpetētibus. debent enim intelligi ciuiliter: licet aliquando habeant interpellationes: vt in proe. decre. in ver. quotidie. vbi docto. in. c. significatum. de pbē. Panor. in. c. causam. de elec. Bar. in. l. i. §. quoti. i lana. ff. de aqua. quoti. et estiua. et hoc valet ad testiū dicta concordāda si em testes debeant pbare qz tius. x. annis ɔtinue possedit fundum sufficit deponere qz viderunt eum omni anno colligere fructus vel arare: lz nō cōtinue steterunt in cōspectu titūs fundi: tamen intelliguntur cōtinue per. x. ānos vidisse. nec qui tenet cum aliquo morari: cōtinue tenetur quolibet momento cū eo morari. l. si quis ita. ff. de condi. ⁊ demon. vbi Bartol. per Henric. in. c. ex parte. de cle. non resi.

e ¶Inuigilare. concor. S. tit. i. c. i. §. i. ver. romanīqz cum ibi not. et capitur hic in / pro valde. in cle. pastoralis. in pnc. de re iudic. vbi glo. c. ad nostrā. de ɔsuetu. c. i. de. fideiuss. ff. de libe. ⁊ posthu. l. gallus §. ille casus. vbi Bart. ⁊ le ɔsi. spec. titu. de dispu. ⁊ alleg. aduo. §. post hec. ver. vel ibi m.

f ¶Charitas. concor. S. in pri. §. quibus ad plenum. ver. religio. ⁊ sine charitate nulla virt⁹ potest valere. i. q. i. ex his verbis. et vbi charitas non est ibi fides ⁊ iustitia esse non possunt. xxiii. q. i. vbi lana. ⁊ de hac virtute quid sit et quotuplex ⁊ an semel habita possit amitti habetur de pe. dist. ii. ꝑ totum. Jo. an. in cle. i. de sum. tri. in cle. ad nostram. de here.

g ¶Populo. not. [2] qz appellatione populi non venit clerus. c. ex parte. de priui. vbi Hen. cle. in pleriscqz. de elec. vbi clerus ⁊ populus ponūtur tanqz diuersa: qd verū est in odiosis. c. si sententia.

nisi alia ratione ei debeatur.[a]

¶De causis.

¶Item acceptat decretum de causis quod incipit.

Ecclesiastice [b] sollicitudinis[c] studium iugiter[d] inuigilare[e] conuenit: vt ffng charitas[f] in clero ac populo[g]

2 Post appellatiōe an veniant clerici.

de sen.excõ.in.vj. vbi interdicto populo non venit clerus.nec ecõ-verso.sed in fauorabilibus cler9 cõprehenditur sub pplo attenta ppria significatiõe vocabuli.ins-sti.de iu.natu.§. plebiscitaz. vbi appel. ppli ve-niunt oēs ciues etiam patricij z senatores. arg. c.dilecti.de fo.cõpe. vbi priuile-gium concessum anglicis in ge-nere extẽditur ad cleros.ad hoc. c.si in adiutorium.x.dist. Oldra. cõsi.xxiij Bal.in.l. cunctos popu-los.C.de sum.tri. Pau.de cast.cõ silio.c.cxcvi.qđ no.Panor.in.c.ec clesia.de consti. q clerici possunt vti statuto vel consuetudine lai corum fauente clericis: quando disponitur generaliter.et est pri uilegium per.d.c. dilecti.Panor. in.c. constitutis.de in integ.resti. quia si non est priuilegiũ non ex tẽditur ad clericos ex defectu iu-risditionis quãtũcũq generaliter loquatur Barto.z moder.in.d.l. cunctos populos.bñficiari etiam in ciuitate ciuium appellatione cont nentur.arg.d.c. dilecti.c.iđ. de tempo.ordi.lib.vj. not. Bart. in.l.j.ff.ad municip.Panor. in. c. postulasti.de fo.compe.in.c.cum causa.de re iudi.

christiano a vigeat: nec quisquam per vexationes et afflictiones inde-bitas proximum suum opprime b permittat c : sicq; iustitia d

a ¶Christiano.a christo nomen sumit.C.de sum.tri.l.j.et.xxij. di. sacrosancta.z quare poti9 a chri-sto q̃ a nomine iesus.not.archi. in.c.decet.de immu.eccle. in.vj.

b ¶Opprimere.oppressio in ma lum sonat et fit a potentiori. l. j. C.de pre curi.lib.x. C. quod me. cau.l. si per impressionem. c. sup hoc.de renum.z potest de oppres sione pauperum cognoscere ec clesia.c.si qs de potẽtibus. xxiij.

q.j.de quo per Innocen.z docto. in.c.cum sit generale.de fo.cõpe.

c ¶Permittat. quilibet enim te-netur proximũ suum defendere: quod sic intelligi videtur iniuriã tez fouere z esse participes pecca ti.c.dilecto.de se(n)ten.excõ.in.vj. c.error.lxxxiij.di stin.c.non infe-renda.xxiij.q.iij. c.qñte.de sentẽ. excõmu. vbi glo.hoc quando do-lose non defendit:vt ibi not.doc-alias qui potest defendere aliũ ne occidatur z non defendit nõ tenetur nisi sit alias conscius cri minis. Bar.in.l.j.ff.ad silei.Bal. in.l.j.C.de ser. fugi.Et pôt[2] re-cipere pretiũ pro defensione:igi tur dolo cessan.non cogitur.l.me tum.§.sed licet.et ibi Bart.ff. qđ metus causa.

d ¶Iustitia[3]quã dicit Aristo teles omniũ seculi virtutum esse matrẽ et herã:sine qua nihil in mundo firmiter durare valet: et dicit imperator q ab alijs virtu tibus et ad maius apparere de-siderat.in aut.de referen.§. pro-pterea.col ij. z sine ipsa alie vir-tutes nihil possunt.in aut.vt om. obe.iu.pro.in princi.col.v.z Tul-lius.ij.de offic. tanta est iustitie virtus:vt nec illi qui maleficio vel scelere pascuntur: sine vlla eius particula viuere possint:nã et princeps latronum nisi equa-liter prędã dispertiat:aut interfi-cietur a socijs aut relinquetur. z Augustin9.remota iusticia quid aliud sunt regna nisi magna la-trocinia:ideo summũ bonũ in re-b9 est iustitiã colere:ac sua cuiq seruare z ill.bannos nõ sinere qđ potestatis est fieri: sed quod est equũ custodiri.c. cum deuotiss.

1 Ciuis appel-latio cõtinet benefi ciatos in ciui-tate.

2 Defen sio po-test fie ri pro ptio.

3 Iusti-tie lau-des.

ordine[a] debito cuilibet ministre
tur: vt ꝛ viris dolosis[b] auferatur
nocẽdi licẽtia[c] ꝛ quies ꝛ tranquil
litas rectorum nõ facile pturbet.
¶ Inoleuerunt[d] autẽ hactenus
intolerabiliũ vexationũ[e] abusꝰ
permulti[f] dũ nimiũ frequenter a
remotissimis etiã partibꝰ ad ro-
manã curã ꝛ interdũ[g] ꝓ paruis
ꝛ minimis rebus ac negotijs q̃
plurimi citari ꝛ euocari cõsueue
runt[h] atq̃ ita expensis et labori-
bus fatigari vt nonnunq̃ cõmo-
dius arbitrarentur iuri suo cede
re[i] aut vexationẽ suam graui dã
no redimere[k] q̃ in longinqua[l]
regione litiũ subire dispendia[m]:
sic et facile extitit calumniosis[n]

mam xij.q.ij. ꝛ eam princeps de
bet multũ diligere. in aut. de non
eli. secundo nu. circa finem. col. j.
a ¶ Ordine. nõ solũ recte: sed ri
te iudicandũ est infra ibi ordine
cõgruo. cle. testi
bus. de te. Bar.
i. l. lecta. ff. si cer.
pet. vñ ordo ius
dicij qui ortũ ha
buit in paradi-
so. Spe. in proe.
nõ põt puerti. l.
ꝓlatã. C. de sen.
nisi de ꝯsensu p
tiũ i aliqbꝰ. glo.
4 i. c. cũ olim. ð cau.
Mali- pos. ꝛ ꝓ. i. c. si. de
tia in- re iudi. in. vj. c.
uenit ð causis. vbi do
omnia cto. de offi. dele.
docto. in. d. l. pro
latam. late Ioã.
bertha. in reper.
in versic. cõsen-
sus partium.
b ¶ Dolosis. id est malitiosis. qd
enĩ est[4] qð homo semel deditꝰ
malitie non adinueniat? in aut.
vt hi qui ob. se perhi. ha. post pri-
cipium. col. vj.
c ¶ Licentia: qua sumus omnes
deteriores: ait Terẽtius. ad hoc
capitulũ vt fame. de sen. excõ. ibi:
ꝛ per impunitatis audaciã. cle.
j. de offi. ordi. ideo refrenãda est:
nam si ea que male vsurpantur
omittimus: excessus viã alijs pre
paramus. xcitj. distinctione. per-
uenit. c. vt clericorum. de vita et
honesta cleri.
d ¶ Inoleuerũt. id est valde cre-
uerunt: et sonat in vitium. ca. ex-
tirpande. de prebendis. xj. q. j.
inolita.
e ¶ Vexationũ. que fiũt eo q alij
q̃ ꝯueniũtur. ff. de no. ope. nũtia.

lð pupillo. §. si is cui. c. dispẽdia.
de rescrip. in. vj. sed ex sola impe
tratione iudicũ non dicitur quis
alium vexare. glo. in cle. j. de re-
scrip. in versi. vexaret.
f ¶ Permulti. p
pro valde capi-
tur. l. tutor. §. tu
tores. ff. ð suspe.
tuto. l. fi. C. de iu-
risdi. om. iudic.
aliqñ notat cõti-
nuationẽ. ff. de
verb. sig. l. verba-
na. §. pnoctare.
gl. in. c. si consti-
terit. de accu. in
c. cum vicesimũ.
de offi. deleg. in
cle. causam. de
elec. Bald. in. l.
si cui. ff. de leg. j.
Bart. in. c. quin-
quaginta. ff. de
excusa. tuto.
g ¶ Interdum. id est aliquando:
quod interdum fit nõ fit plerũq̃
ff. de aqua. quoti. l. j. ꝛ. ij. C. de car
bo. edit. l. ij. l. interdum. ff. qui po
tio. in pig. ha.
h ¶ Consueuerũt. propter quod
multa inconuenientia sequũtur
que hic enumerantur nume. vj.
i ¶ Cedere. id est renuntiare.
k ¶ Redimere. concor. c. nõnulli.
c. quia nonnulli. de rescript. ꝛ hic
est primum inconueniens.
l ¶ Longinqua scilicet in curia
romana.
m ¶ Dispendia. que sunt coartã
da. c. dispendia. de rescrip. in. vj.
cle. dispendiosam. de iudi.
n ¶ Calumniosis. quorum calum
nia est pena reprimenda. c. calũ-
niam. de pe. in clemẽ. j. de seque
stra. in clemen. vt calũnijs. de re
iudi. ꝛ agens calumniose contra

aliquem etiā actiōe ciuili potest cōueniri actione iniuriarum.l.itē apud labeonē.§.si quis.ff. de iniur.Bar.in.l.si quis repetere.§.si stellionatus.ff. ad turpil. sed in criminalib⁹ qua pena puniatur calūniator. not. in.l.j.C. de calū. hostien.in sum. eo.titu.§.fi.doc. eo.titu.per totū. Bart.in.l.j.ff. ad turpilianum.

perfecte sonat in conditionem c. vt preterite.de elec.ꝑ Joā.de lig. in.c.ve.ū.de cō.appo.⁊ de dictione dūth no.in cle.j.de ꝯces.ꝓbē.ꝑ doct.in.c.fi.de transla.pre.

opprimere[a] pauperes[b]: sic bñficia ecclesiastica plerūqꝫ minus[c] iuste per litium anfractus obtentu[d] sunt dum[e] iustis possessorib⁹ eorum seu quibus illa de iure cōpetebant: neqꝫ opes neqꝫ facultates ad sumptus illos sufficere poterant quos longinqua profectio[f] ad Ro. curiā ⁊ litium[g] agitatio in eadem[h] deposcebāt. Confunditur etiam[i] exinde[k] eccle-

a ¶Opprimere secundū incōueniēs. concor.ē.in proe.§.quibus ad plenum.versi.pauperes. de col.c.j.§.j.versi.pauperes.

b ¶Pauperū.quos debet ecclesia protegere.lxxxiiij. dist. peruenit.et.c. nuntiatū.⁊ .c. princeps. C.quando impe.iu.pu.l.j .xxiij.q.v.regum.

c ¶Minus.id est nō.c.ex parte. de rescrip.de his que fiunt a prelato.cum apostolica.

d ¶Obtenta.tertium.⁊ cōcor.ē. in proe.§.quibus ad plenum.ibi beneficia ⁊c.de col.c.j.§. versic. plurimi.

e ¶Dum.i.qz.ff.de arbi.l.diem. ⁊ aliquando pro tantū.insti. vi bo. rap.§.sed nondum.aliqñ.i.donec.ff. de offi. pre. vr.l. j.§.circa. qñqꝫ notat continuationē actus vsqꝫ ad finē.ff.de nego.gest.l.diuortio.⁊ an faciat modū vel cōditionē.no.Bar in.l.j.ff.de cōdi. ⁊ demō.Jo.and.in.c.ex tuarū.de vsu pal.⁊ dicit Pan.in.c.nō potest.de prebē.in.vj.ꝙ qñ iungitur rei ꝑfecte facit modū.vt in q.quā fa.Jo.and.in.d.c.non potest.spe.ti de leg.§.pe.ver.sed qd si indulgētia. si iungatur rei im-

f ¶Profectio.q̄ sine magnis sūptibus ⁊ expeñ. fieri non pōt vt hic.c.tam ex litteris. de in integ. rest.⁊ sine dispēdio rerū nostrarū.l.sed si quis ex signatoribus ff. quēad. testa. ape.

g ¶Litiū. quarū sumptus sunt magni et euentus dubij.l.qđ debetur.ff. de pecu. vnde melius est pati modicū ꝙ intrare litiū certamina . Pan. in.c.j.de ap.⁊ satis[r] lucratꝰ qui a litibus recedit. Panor.in.c.quantauallis,de iureiu.⁊ litis sumptibus non vexari interest. Speculi.de homi.§.illud aūt.ideo dicūt cōiter docto. ꝙ in trāsactione nō hꝫ locum remedium.l.ij.C.de rescin vē.qz hoc ipso ꝙ a lite recedit̄ur magnum cōmodū est; inde indebitū solutum ob transactionē nō repetit̄.ff.de cōdi inde.l.in summa.C.de.transac.l.ij. nec pretextu instrumentorum nouiter repertorum transactio rescinditur quantumcunqꝫ fuerit lesio. C. de transact.l. sub pretextu. ff. ad trebel.l. lucius §.fi. vbi legis. per docto.in.d l.fi.glos. et docto. in.c.pe. de emptio. ⁊ vendi.Bartol. in.l. si quis cum aliter. ff. de verbo.obli.

h ¶Eadem curia.

i ¶Confunditur.quartum.

k ¶Exinde i. ex euocatione causarum.ad roma.cu.

Lites sunt fugiēde.

a ℭ Minime. pro non.
b ℭ Seruatur. cõcor. c. peruenit.
xj. q. j. §. in proe. §. quibus ad ple-
2
num. versi. prelatis. de col. c. j. §. j.
versicu. ordinariis.

Negocia spiritualia sunt preferenda temporalibus.

c ℭ Non parũ.
idest multum.
d ℭ Diminute
sunt. quinetiã in-
conuenĩens cõ-
cor. §. in p. §. qui-
bus ad plenuz.
versic. sicq3 iura.
de col. c. j. §. j. v.
facultates.
e ℭ Admodum.
id est valde. l. j.
in prin. C. ne li.
po. l. ne qs in
sua cau. cle. ro-
mani. §. nos sia
q3. de iureiurã.
vbi glo. cle. j. de
magistris.
f ℭ Vi scz papa
5
et cardinales ei⁹
lateri assistẽtes.
g ℭ Summa. ij.
q. vj. c. ij. cle. du-
dum. de sepul.

Caput est mẽbrũ pn cipal⁹

h ℭ Negotia[2] quib⁹ summo-
pere intendere debent minorib⁹
aliis relictis exemplo apostolorũ
dicentiũ: nõ est equũ nos dereli-
quere verbũ dei et ministrare mẽ
sis. cõsiderate ergo fratres viros
ex vobis boni testimonij. vij. ple
nos spiritu sctõ et sapientia quos
constituam⁹ super hoc opus nos
vero orationi et ministerio verbi
instantes erimus. Act. vj. xciij.
dist. legim⁹ in fi. vñ et moyses pri
4
mus dux in pplo israelitico a se-
tro co nato suo merito redargui
tur. Exodi. xviij. q ipse solus latis
faciebat pplo et audiebat omnes
causas eorũ. stulto inquit labore

Dignitas ẽ pars mẽbri.

siasticus ordo dum ordinariis
iudicib⁹ sua iurisditio minime[a]
seruatur[b]. pecunie et facultates
regnorum ac prouinciarum hoc
pacto nõ parũ[c] diminute[d] sunt:
et qd vniuerso ecclesiastico ordi
ni admodum[e] nocere comperiũ
est: ibi[f] quos ad sũma[g] negotia[h]
christiane religiõis sublimitas[i]
dignitatis euocabat: illis minus
reddebantur intẽti[k] dum ipsorũ
mentes nimium occupabat assi-
dua causarũ multitudo: que at-
tendẽs hec sancta synodus pro
reformatione ecclesie dei in capi
te[l] et in membris iuxta potesta-
tem a domino[m] sibi cõcessam in-
uigilans vt omnia deinceps[n] or-
dine congruo peragantur ad sa
lutem an marũ ac pacem et quie-
tez cunctorum. ℭ Statuit et de-
creuit q in partibus vltra quatuor

cõsumeris &c. ad hoc §. de col. c. j.
§. j. ver. romaniq3. qd no de elec.
c. licet. in versi. reseruationes.
i ℭ Sublimitas. vnde papatus
aut cardinalatus: nõ sunt simpli
ces dignitates:
sed sublimes: sũ
appellatione di
gnitatũ nõ veni
rẽt. no. j. de pac.
pol. c. j. §. j. in ver.
prelaturam
k ℭ Intenti. vj.
inconueniens.
l ℭ Capite arg.
q[3] caput non
est membrum:
cum hic ponan-
tur vt diuersa. §.
tit. j. c. j. in prin.
sed hic capitur
caput p prela-
to: et membrũ p
subditis. als ca
put est membrũ
pricipali⁹ corpo
ris. l. cũ l diuer-
sis. vbi Bart. ff.
de relig. et sump.
fu. § tit j. c. j. §. j. ver totius. Bald.
in §. ad hec. de pa. fu. fir. col. x. do-
cto. in. l. ij. ff. de publi. iudi. vbi di-
cit Bal. q mẽbrũ proprie dicitur
qd hz in corpe distinctã opatione.
Bal. in aut. sed nouo. C. de ser. fu.
vt nasus/ligua/pes/ et auricula/
caput. Ange. in aut. vt nulli iudi.
colla. ix. man⁹. sed nõ venit digi-
tus[4] q est pars mẽbri nõ hñs
officium de per se: sed coadiuuat
manum vel pedem. not. in. l. non
sunt liberi. et ibi Bar. ff. de sta. ho.
m ℭ Dño. §. de aut. cõ. gel c. sa-
crosancta. de colla. c. j. in princip.
n ℭ Deinceps. p hoc: et per versi.
statuit et decreuit patet q hec cõ
stitutio ius nouũ statuit per not.

dietas[a] a romana[b] curia[c] distā-tibus omnes quecunqꝫ cause[d] exceptis[e] maioribus[f] in iure[g] expresse enumeratis[h] ecclesia-rum cathedralium: et monaste-riorum causis: quas causas im-mediata subiectio ad sedē apo-stolicam deuoluit[i] apud illos iudices i partibus qui de iure[k]

in cle.eos.de regula. in ꝟsi.dein-ceps.ꝛ ꝙ non trahitur ad prete-rita.c.nemo. de ele.in.vj. cle.j.§. porro.de sum. trini.cum si.

a Dietas[1] de vulgaribus.in-tellige nō de le-galibus pro qui-bus ꝯputantur xx.millaria.ff. si qs cau.l.j.necde singularibus ā sunt cuꝫ qs vtit duplomate.l.cō tinuus.§.ij.ff.de ꝟb.obli.vbi em in aliq̄ dispōne fit mentio de dietis intelligendū est de vulgaribꝰ:nisi aliud in di-spositione exprimat.arg.a spālit-in.c.pnti.§.loca.de pbē. in. vj. qꝛ lex dꝫ ꝯuenire ꝯsuetudini regio nis.s.in pro.in fi.cū ibi no.ꝛ cōis vsus loquēdi pferēdus est ꝓprio significato vocabuli.ff. de supel le.l.labeo.de fun.instru.l.cum.de lanionis.§.lasinā .c.ex literis. de spō.no.in.c.statutū §.cuꝫ aūt. de rescrip.in.vj.in.c.cupiētes.in ver. cōmode.de elec.eo.li.in.c.nōnul-li.de rescrip.et vbiqꝫ doc. spe. tit. de cita §.j. si aūt desint vulgares sequende sunt legales.not.in.d. c. cupientes.

b Romana.de statu curie Ro. vide de.ia.ti. de statu curie Ro.

c Curia. q̄ est vbi papa est.c. ego. n. de iureiuran. vbi docto.

d Cause.siue mere ciuiles:siue spūales/siue crimiales/siue mix te.de qbus no.xi.q.j.in sum. spe. ti.de ꝯtu.§.iij.in prin. de of.iu.§. fi.Jo.an. de cri.fal.c.fi.

e Exceptis. exceptio firmat re gulā.s.de elec c.j. circa prin. c. ꝛ qꝛ.de col.c.j.§.j.ꝟ.exceptis.j.d an na.§.itē ꝙ dicta.ꝟ. exceptis. no. s.titu.j.§.item voluit.

f Maioribus.q̄ ex natura ipsa rum sunt deferēde ad sedē apo. nec in illis cōpellebatur qs lite-gare coram iudice inferiori.c. vt debitus.de appel.de ro.deci. xl. doc.l.c. nicolao. de appel.

g In iure.ar-gu.ꝙ per gene-raleꝫ reuocatio nem nō cē etur priuilegia clau-sa in corpore iu-ris reuocata:ni-si dictum sit ex-presse.gl.et doc. in aut.qua in prouicia. C. vbi de cri.a.o fa.g'o.ꝛ qd ibi no.Bar.in l.ij.ff.de iud.in extra.ad reprimē dam.in ver.nō obstātibus.ꝙ ver ba nō obstāte aliquo priuilegio: intelligūtur de priuilegio spe-ciali:non de clauso i corpe iuris: ptꝫ.s.de elec.c.j.ū.ꝛ.iij. vbi p ge-neralem cassationem reseruatio num nō cassantur reseruationes in corpore iuris clause.

g Enumeratꝫ.i.gl.i.c.j.de trās-la.pre.in.c. quod translationem. de offi.leg.in.c. preceptis. xij.di. spec.titu.ij.§.nūc ostendendum. Hen.i c.cū dilectꝰ.de accu. Host. in sum.ti.de of.leg.§. qd ptinet.

i Deuoluit. olim omnes cause electionum cathedralium eccle-siarum inter maiores enumera-bantur:ꝛ eas appellatio deuolue bat ad sedem apostolicā.c.ꝗuis. de elec.in.vj.idē in regularibus. c.cupiētes.eod.titu.sꝫ hic dumta xat excipiuntur cause cathedra-liū ꝛ regulariū eccliaꝝ exēptaꝝ: non hꝫ igit locū in nō exemptis.

k Jure.cōi.puta q habēt iuris-dictionē vniuersaleꝫ aut a lege q̄ dat iurisdictionē ordinariā.l.eos C.de mo.mul.aut a principe. l. et

s iiij

Diete sūt du plices.

qz.ff.de iu.om.iu.vbi bar.e ſt cum ler alata : terris.in auf.de cõſue. ad fi.col. iiij.aut ab vniuerſitate l.fi.C.de iu.om.iu.c.cũ eccleſiarũ. de off.or.vbi.p doc.Hoſt.in ſum. tit.de of. or §.j.

z.ij.Paſ.in.c. cũ aut de ↄſuetudine[a] preſcripta[b] contingat.de fo. vel priuilegio[c] cõpe.in.repe.c.ſi quis contra clericũ.eo ti.

2 Cõſuetudo q̃to tẽpore p̃ſcribit

a ¶ Conſuetudine.que dat iuriſ tionẽ etiã priuate pſone.c.cũ con tingat.de fo.cõpe.vbi glo. z doc. alia cum iura loquuntur vel in pre latis vel in capitulis habẽtibus aliquã adminiſtrationẽ.c.ad hec c.accedentibus.de erc.prela. ir. q.iij.cõqueſt⁹.c.irrefragabili §. erceſſus.de off.or.c.auditis.c. cũ olim.de preſcri.c.ſup quibuſdaz. de v.ſig.cũ ſi.de quo p Cyn.z le gi.in.l.j.C.de emã.li. S pé.de iu. om.iu.per totũ.Pau.in cle.j. de ſenten. ercom.

3 Cõſuetudo perque inducitur.

b ¶ preſcripta ſpatio.rl. anno rũ]2] vbi ↄſuetudo eſt ꝫ iuſ fm ius canonicũ.c.cuz eccl'ia.de cau. poſ.z p.c.audit⁹.de p̃ſcri.c.cũ de bñficio.de p̃ben.in.vj.z ibi doct. Archi.in.c.ij.de conſue.eo.li.j ge nerali.de ele.eo.li. Si vero eſſet p̃ter ius ſufficit q ſit.rrr.annorũ not.in.l.de quibus.ff.de legi.vbi Bar.no.in.c.vt litigantes de of, or.in.vj.in.c.fi.de cõſue.eo.li. vbi doc.de ro. deci.[cccclrij]. vbi di cunt q vbi p̃bende nõ ſunt diſtin cte olno conſuetudo de optando inducit ſpatio.r.annoꝝ.ſi ſunt diſtincte ſpatio .rl.annorũ:ſi tñ conſuetudo eſſet p̃ter legem que derogaret iuri particularis eccle ſie:tũc non cenſeret valida: niſi per lapſum.rl.annorũ. no. Inn. in.c.cũ dilectus.de cõſue. Bald. in auf.quas actiões.C.de ſacro ſan.eccle.late per Paũ.in.c.fi. de

4 Cõſuetudinis appellatione intelligitur de p̃ſcripta.

5 Cõſuetudo z priuilegium equiparantur

cõſue.z vbi cõſuetudo venit con tra ea que ſunt reſeruata princi pi in ſignuz priuilegiũ ſpecialis; tunc requiritur tempus de cuius initio non eſt memoria. c. ſuper quibuſdam . de vero.ſig.de quo per Guil.in ertrau a. Joã. rrij. ſuſcepti.Pe.ia.ti. de confeſ.in rẽ ac.Et no.hic [2] q ↄſuetudo dz eſſe p̃ſcripta z rationabilis.c.ꝯ ue tudini.z quaſi per to.rj.di.z mul ta alia requiruntur ad eam indu cendaz:que no.per Cy.z legiſ.in l.ↄſuetudinis.C.que ſit lon. con. glo.z doc.in.d.c.fi.de cõſue. Joh. fa.inſti.de iur.na.§. ex non ſcri pto[4] z in dubio appellatione conſuetudinis p̃ſertim i materia ſtricta intelligitur d p̃ſcripta.ter. et ibi doc.in.c. cumana.de ele.in d.c.generali.in.d.c.cum de bene ficio.Fred.ↄſi.lrrrvj. Jo. and. in regula. nemo.de reg.iur.in.vj.in mer.qd eſt verũ vbi agit de ↄſue tudine cõcernente caſum petito rũ:quocaſu etiã conſuetudo pria mã nõ tolleret niſi eſſet p̃ſcripta no.in.l.nemo.§.temporalis.ff.de reg.iu.glo.z Inno. in.c.acciden tibus.de priui.glo.in ver.ſolite, in cle.de ſtatu reg.glo.in. d. c. cũ de beneficio.Archi.in.c.in his rl.diſtin. ſecus ſi concerneret ca ſum poſſeſſoriũ: no. Jo.and.in ca pitu.cum eccl'ia.de elec.Bald. in cap.j. de feud.cog. Lud.in ſing. ad hoc.c.querelam.de ele.d.c. cũ eccleſia.c. conſultationibus . de iure patro.

c ¶ priuilegio.No.[5] q conſue tudo equiparat' priuilegio.c. no uit.z ibi no.de iu.no.in.c. accedẽ tes. de p̃ſcri.Inn.i.c.j.d apo.p̃ſer tim imemorialis.c.ſup qbuſdaz. de v.ſi.vbi gl.z Paũ.l.iij.§.duct⁹

aque.ff.d aqua quot.et esti. Bald. in.l.si solenib⁹.C.de fi.instr.c.cū cōtingat.de fo.cōpe.vbi docto qd verū data capacitate psone; alls lōge plus pōt priuilegiū q̄ cōsuetudo c.q̄to.cuz ibi not.de cōsue. Jo.an.in.c.ij.de pbē.in.vj.in not.vbi dicit q laic⁹ nō pōt cōferre beneficia:etiā si cō sulis tanto tpe de cuius cōtrario memoria nō existit: ꝛ ex priuilegio pape posset.lriij.d.l.adrian⁹. Jtē vbi cōsuetudo damnatur a iure plus operat priuilegiū.c.cū sa tis.de of.arch.iunct.c.cum venissent.de insti.qd not.Cōpost.in.c. cū venerabilis.de cōsue.Jo.and. in.c.j.de cle.egrot.in.vj. in cle.j. de priuil.gl.fin,qd no.in.c.catholica.rj.di.ꝛ cōsuetudo hz vim constitutionis.l.j.§.deniq3.ꝛ ibi bar. ff.de aqua plu.arcē.et equiparat statuto.l.magistratus.ff. ad municip.l.semper. de iure immu.in sti.de iu.na.§. ex nō scripto.Bar. in.l.oēs populi.ff.de iustit.et iur. Bald.in tracta. de tabel.ꝛ pacto. Pan.in.c. cum nobis. de prescri. ff.de legi.l.de quibus.glo.ꝛ Bal. in.l j.C.de ser.fu.Bald.in.l.liberti.C.de ope.li.ꝛ qd pōt induci pacto ꝛ cōsuetudine.ff. quemad.ser. amit.l.nō satis.C. de agric.ꝛ cen. l.j.li.ri.gl.C.de decre.decu.in ru. li.r.ꝛ gl.arguit de pacto ad cōsuetudinem.in.c. ij.de consue.in. vj. Archi.rj.di.in his. ꝛ qd non potest fieri per pactū nō pōt fieri p cōsuetudinē.c. sacrōsan. de elect. non est tamen regulariter veruz: vt ibi no.Panor. Barto.in repet. d.l.omnes.

p ¶ Finiant. [1] equa dispositio cū quilibet in sua puincia sit cōueniend⁹.iij.q. vj.p totū.vj.q.iij. p totū.in qua testiū ꝛ instrumentorū copia habet.C.vbi.de rati.l. ij qñ impera. iu,pu. et vidui.l. j. Olim tñ quisq3 clericus poterat in curia romana cōueniri: l3 alẽs ibi forū nō sortiret.c.fi.de fo.com pe.qꝛ papa [2]

bent terminentur ꝛ finiantur[a]. est iudex ordinari⁹ singulorū:vñ null⁹ poterat declinare ei⁹ forū. ir.q.iij.cūcta per mundū. nisi haberet ius reuocādi domum: vt in d.c.fi.cū ibi no.ꝛ roma cōis est patria.ff ad mu ni.l. roma. et caput aliarū patriaru3.l.j.C.de vete.iu. enuc.ꝛ dicebat Innoc. in.c.expo suit.de dila.q curia ro.est cōe forū,oibus.ff.ex q.cau.ma.l.necnō. §.si cū.l.fin.C.si (ser.expor.ve.sed de hoc conquerebatur host in.c. j.de sup.neg. pre.in.vj. dicens q imperator curialiū erat papa: qꝛ parcit remotis ne ad ipm venire teneant.i auf.de questorib⁹. col. vj.ꝛ cōpatit paupertati: et occurrit litibus:laboribus: ꝛ expensis in auf.de mā.prin §.sit tibi. ꝛ §. seq.col.iij.in auf.vt diffe.iudi.§.si vero.col.ir.not.in.l.j.ꝛ.ij.C.vt lite pen.nec est cuilibet facile adire curiam ro.pro iustitia querenda nec fit sine grauamine sumptuū ꝛ expēsarū:vt supra habetur.ꝛ p eundē modū cōquerit de extrauag.cuius mens habetur in.c.q̄ q̄.de elec.i.vj.cui dicit obstare.c. cū in cunctis.de elec.in fi. Quid si clericus consentiat litigare in curia?arguit q non teneat pcessus.j.eo.§.j.ꝛ.ꝛ dcdd.c.significasti.de fo.cōpe. vbi clericus nō potest cōsentire in aliū iudicē ecclesiasticū sine cōsensu diocesani.c. romana.de fo.cōpet.in.vj,vbi iudex ap. non potest cognoscere de causa principali omisso appellationi.g articulo de consensu partium lo.ꝛ doct in.c.cordi.de ap.

1 Cōueniat q̄s libet in sua prouincia.

2 Papa ē ordinari⁹ omnium.

eo.li.doc.in.c.vt debitus. de ap. Itē hec dispositio[3] q̄ cause tractentur in partibus est ius publicū inductū: non solum in fauorem clericorū: sed propter publicā vtilitatē: vt.S. in §. pecunie. et ver. seq. iuri autem publico partes renuntiare non possunt. ff. de pac. l. ius publicū. de le. j. l. nemo. de pac. do. l. de die. iunc. l. i. ff. sol. ma. c. si diligenti. de fo. cōpe. 7 in fauorem ordinariorū. ne eorū iurisditio cōfundatur: vt. S. l ver. cōfunditur nemini autē suū ius detrahi debet. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. ij. de reg. iur. l. id qd nostrum. c. cum ecclesia. de elec. 7 vbi ius continet vtilitatem renuntiantis 7 tertij si nō possunt separari nō valet renuntiatio. ff. de li. cau. l. j. ij. et. iij. fa. qd exemptus[4] sine licētia pape non potest renuntiare priuilegio fori 7 prorogare iurisditionē ordinarij. c. inter dilectos. de dona. c. cū tēpore. de arbi. vbi doct. etiā tenēt q̄ si renuntiat processus vel sententia non tenet: cū superioris fauorē respiciat tale priuilegiū: ne suus subditus iudicetur ab alio fa. ij. q. j. nomē. 7. c. mu'ti. de iureiurā. nimis. no. Jo. and. in regu. la. sciēti. de reg. iur. in. vj. in merc. Panor. 7. d. c. significasti. p La. in cle. j de sta. regu. domi. in. c. cum nullus. de tēp. ordi. in. vj. dic contra. q̄ valebit pcessus. ad hoc. c. dilecti. de fo. cōpe. vbi priuilegiū q̄ anglici citra mare cōueniri nō possunt nō prodest illi qui citra mare pmisit respondere vel soluere. c. nonnulli. de rescript. vbi clericus prohibetur trahi vltra duas dictas per rescriptū apostolicum nisi cōsentiat: si igitur cōsentiat poterit vbicunq̄ cōueniri. durum enī esset dicere clericū nō posse prorogare pape iurisdictionē sine cōsensu sui e. . . cum tamen vt dicunt Joā. de lig. 7 do. Anto. in. d. c. significasti. clericus subiectus abbati vel archidiacono etiam vbi epūs non potest preuenire potest prorogare iurisditionē epī sine sui cōsensu abbatis vel archidiaconi propterver. epi. diocesam ibidem positū. nec ob. d. c. significasti. quia aliud est clericum in alium iudicem penitus extraneum cōsentire sine sui superioris licētia: vt ibi: 7 aliud clericū cōsentire in papā qui est omni iudex saltem in habitu: vt not. in c. nouit. de iu. in extra. Boni. viij. vnam sanctam: nam res de facili reuertitur ad suaz naturam. ff. de pac. si vnus. §. quod in specie. xxxv. distin. ab exordio: 7 ipse est publica persona sup oēs ecclīas 7 clericos hñs plenitudinē ptātis singulariter et vniuersaliter. Innoc. in. c. cum pridem. de pact. Bal in pro. li. feu. 7 cū ad eū appellatum est potest cognoscere de cā principali omisso ap. art. d. c. cordi. etiā inuito appellāte. 7 de consensu solius appellati. dūmō prius reuocet grauamen fm Jo. and. ibi: licet domi. contra. Pan. in. d. c. vt debitus. Sed cum hodie papa[5] non possit adiri principaliter p viā querele: sed cause habeant tractari in partibus: videtur quod non posset omisso appellationis articulo cognoscere de principali: nisi de consensu partium: nam ratio quare archiepiscopus non cognoscit omisso ap. articulo est: q: nō potest adiri principaliter per viam q̄rele: vt di. c. romana: que militat isto casu: sed posito q̄ snīa non valeret nō poterit tñ venire cōtra sententiā cōtra eum latam: quia vi

3 Cā sin ptibus tracta re īc iuris publici.

4 Fori p̄uilegio non renūtiat exēpt° sine papa.

5 Papa p viam simplicis q̄rele adiri non potest.

detur in se habere tacitũ pactuȝ ne vlterius petat. sicut[1] acceptilatio inutilis ratione materie hȝ vim taciti pacti. d. l. si vnus. §. penul. no. in si. in. d. c. significasti. vbi Panor. pser tim qñ post p-lationē senten-tie ipsam approbauit: tũc tacite videtur ꝯtrahere ꝛ paciscí. vt est casus in. l. ij C. cõ. vtri. iu. ꝛ valet tunc non vt sñia: sed habet vim cuiusdam contractus quasi par tes tunc videantur ꝯtrahere sup eo qḋ venit in sñia vt no. Cy. et ꝛ alij in. d. l. ij. Bar. in. l. licet. ff. de iudi. Bar. ꝛ Bal. in. l. j. C. qui] pro sua iuris. Panor. l. c. examinata de ꝯfir. vti. Sed nunquid p literas aplicas poterit clericus cõueniri corã iudice delegato in partibus existente? videt ꝙ sic. in nullo em̃ talis grauatur cum causa remaneat in partibus. ꝛ si papa ibi esset cognoscere posset: ergo ꝛ delegatus ipsius. ad hoc regula quã ponit Hosti. in. d. c. di lecti. ꝙ corã quocũꝙ ordinario quocunꝙ modo de iure cõi possit q̃s in aliquo loco cõueniri: eo dē modo poterit coram delegato pape cõueniri. Dic ꝯtra. nam licet pars nõ grauaret bene tñ iu[us] iudex ordinari[us] i fauorē cui[us] sicut i fauorē ptiũ est facta ista dispositio ꝯcurrēt: b[us] autē pluribus causis nõ cessat. dispõ altera cessante. ut j. de nup. §. affinitatis. ff. de his q̃ no. infa. l. liberoꝝ de pri. cre. l. si vtri §. in bonis. Barto. in l. ita stipulatus. ff. de verb. ob. Itē si subditus epi posset sic corã delegato conueniri posset ꝛ scđs: et sic vlterior: ꝛ sic euacuaretur eius iurisdictio. et ad pdicta bñ fa. j. §. priori. vbi ad papã[2] non potest appellari omisso medio. et vbi appellat ds causa appellationis delegari in partibus. nõ poterit igitur adiri in prima instantia: sed per iudices ordinarios partium cause decidantur. aliud videtur dicenduȝ in legato se. ap. in partibus existente per hũc text. qui dicit causas esse tractandas apud illos iudices in partibus qui de iure ꝛc. legatus autem de iure habet iurisdictioneȝ ordinariam in prouincia sibi decreta. c. ij. de of. leg. in. vj. ꝛ vt ordinari[us] põt adiri per querimoniam. c. j. de offi. leg. vbi de hoc Host. in sum. eo. tit. §. quid pertinet. circa finem. Spe. ti. ij. §. superest. in prin.

a ¶ Et ne [a] sub vmbra applõnũ[b]. a ¶ Et ne. vsꝙ ad. §. ne tñ. primo ponit causa ꝯstitutionis. scđo cõstitutio q; gradatim etiã ad papam appelletur. tertio ab interlocutoria non habente vim diffinitiue reparabili in diffinitiua appellare phibet: quarto ꝙ causa appellationis ad papã interiecte cõmittat in partibus statuit. quinto facta in ꝯtrũ annullat et litigañ in expeñ. ꝯdēnat sexto ro. ecclesie officiales actu in curia suis officijs insistētes hoc decreto non cõprehendi declarat. scđa ibi statuit. tertia nec. quarta si vo. quinta ꝛ quicq̃d. sexta romane.

b ¶ Appellationũ. q̃ sunt regulariter pmisse nisi inueniant prohibite. glos. ꝛ do. in. l. qui restituere. ff. de rei ven. spe. ti. de ap. §. ij. vbi ponit. xxxvij. casus in quibus sunt phibite ꝛ sunt introducte vt essent innocētie remediũ. c. ad nñam. c. cũ speciali. de ap. ꝛ vt iniquitateȝ vel imperitiã iudicãtiũ corrigãt. ff. de ap. l. j in prin. de mino. l. pfecti. nõ vt essent iniquitatis defensio: vt in iuribus alleg. Ho. dic. in

1 acceptilatio inutilis hȝ vim pacti.

2 Appellatio ad papam omissis medijs imponi nõ põt.

sum.de ap.§.ij.et qd sit appella-
tio.no.ij.q.vi in summa. Jo.and.
in addi. Spe.titu.de app. Hostie.
in summa eo.tit.§.j.Barto.in.l.
j.ff.de ap.Panor.eo titu.in rub.

que nimium leniter[a] et non minimis rebꝰ nō nunqȝ friuole[b] hactenus interponi[c] vise sunt: atqȝ etiā in

a ¶Leuiter.ar.ꝙ
ex[3] cui cā et p.o
3 Appellari nō dȝ pro modico.
minimis possit appellari.
in aut de ap. et in
que tē.col.iiij.ij.qō.vj.anteriorū.
qd nō est verū de iure canonico
ꝑsertim: appellat enī ꝓ minima
causa cū appellatio nō sit.funda
ta sup quātitate grauaminis:sȝ
sup iniustitia et iniqtate iudicis
l.j.ff.de ap et iniustitia pōt acce-
4 Arbitrator qd possit.
dere in minimis sicut in maiori
bus.C.de.ap.l.et in maioribus.c.
de appellationibꝰ.e.ti tñ ꝓ mo-
dica lesione nō fit reductio arbi-
tramēti ad arbitrium boni viri.si-
cut ꝓ modico non dat restitutio
i integrū.l.scio.ff.de mino.c.j.de
in integrū resti.no.spe.ti.de arbi
tris §.vt aūt ℣.sed quo iure.sen-
tit gloss.et Barto.in.l.si de meis
5 Appellatio tria facit.
.§.recepisse.ff.de arbitris.vbi di-
cunt[4]arbitratorē posse de iu
re vaius dare alteri ꝓ bono pa-
cis:dūmodo modice.ad hoc.c.ni
si essent.de preb.alr fieret redu-
ctio ad arbitrium boni viri.ff.de
oper.li.l.si libertus.c. socio.l.si so
cietatem §.arbitrorum.vbi per
Bar.late Pañ.in.c.quintauallis.
de iureiuran.

b ¶Friuole.appellans friuole
6 Appellatio suspendit pncipale et accessoriuȝ.
ante sententiam in expeñ.inter-
esse et in emēda parti appellate
condēnatur.j.tit.j.c.j.

c ¶Interpō.interposita appel-
latio opatur[5]tres effectus pn-
cipales primus est ꝙ suspendit
pronunciatū.l.furti.ff.de his qui
no.infa.vbi.Barto.c.veniētes.et
ibi no.de iureiurā.de re iudi.cū
inter.de elec.cū dilecti.appella-
tio eñ facit vt nō videat senten-
tiatū.adeo ꝙ.ll.dicunt ꝙ per ap-
pellationē extinguit sententia.l.
j.in fi.ff.ad turpil.vbi Bart.l.ij.ff.
de pe.sed re vera
non extinguit sed
suspenditur sicut
canones dicunt.
not in.c.sacro.de
sen.excō.c.pastoralis.§.preterea
c.fi.de off.dele.Bal.in.l.minori-
bus.C.ad silr.in.l.j.scdm ta in.l.
j.C.ne ex deli.de.nec suspendit
quo ad omnes effectus l.si insti-
tuta.§.de inofficioso.ff.de inoffi.
testa.vbi nepos qui dixit testa-
mentum aui inofficiosum et ob-
tinuit dȝ habere appellatiōe pē
dēte alimēta ab hereditate.c.fi.
de seques.pos.vbi si reus appel-
lat a sentētia contra euȝ lata fru
ctus rei petite sequestrant si dis-
sipant ab eo.et ibi Pañ.in.c.dile-
cti.de maio et obe.i ru.de ap.nec
appellatio impedit effectū cōfir
mationis ꝑcedentis.c.cōstitutis.
vbi Inn.et doc.de ap.Bal.in mar
ga.in ℣.appellatio.Quid autem
opet appellatio a sentētia censu
re no.in.c.ad reprimēdam.de of.
or.vbi moder.et in.c.pastoralis.
de ap.In no.in.c ab excōicato de
rescri.in.d.c.sacro.scds est[6]ꝙ
suspēdit negotiū tā principale ꝗ
accessorium ꝯnexum.c.sollicitu-
dinem.c.dilectis.de ap.vbi doc.
in quibus dicit ꝙ per appellatio
nem legitimam nedū negotium
principale:sed omnia accessoria
sunt ad supiorē delata:ideo ces
sant omnia post ap.huiusmodi
g iudicē a quo attēptata.de ro.
deci.ccclxvj.tertius est ꝙ deuol-
uit causam ad superiorem c.nō
solum.c.si.a iudice.de ap.in.vj.to
taliter ita vt possit sententiam re-

eodẽ tpe facta ꝛ cõpleta existant: q: oia premissa spectant ad offm̄ suum. ꝛ inter subditos suos extra iudiciũ expediuntur p eũ ad re nunti. admonet. de re. permu qõ stum. facit q̃ al'e. in. c. post cessio nem. de proba. ꝑ opi. dicẽtiũ [2] indifferenter credẽdũ literis epo rũ autentico sigillo sigillatis. hec tñ ꝯclusio nõ placebat Panor. in d. c. post cessionẽ. vbi post varias opiniones concludit literis epo rum seu alterius ordinariũ autẽ tico sigillo sigillatis nõ credi ple ne inter extraneos in ꝑiudicium alterius nisi habeant testiũ sub scriptionem. quod voluit Innoc. in. c. j. de fide instru. Henr. in d. c. post cessionẽ. vbi dicit qõ cessan te consuetudine in his q̃ hz eps facere rõne sui officij: maxime fa uorabilib⁹ ꝛ nul i ꝑiudicialibus ad offm̄ suum spectantib⁹ credit literis epi: vt in excõicatione [3] que non est mortalis sed medici nalis. ij. q. j. multi. de sen. ex. cum medicinalis. li. vj. sic intellige. d. c. post cessionem. c. j. de treu. ꝛ pa ce. xj. q. iij. cure. ꝛ. c. debent. no Ar chi. iij. q. ix. testes. in. c. vt circa. de elect. lib. vj. ꝛ hoc verum quando litera esti promulgatoria sentẽ tie excommunicationis. si vero sit pure testimonialis ei non staret per hunc textum: vt quando eps ad petitionem partis scribit iudi ci quod excõmunicauit talem. ad qõ facit qõ no. in. d. c. testes. Ioã. and. in dicto. c. post cessionẽ. Bal. in. d. l. si qua per calumniam. vbi dicit quod literis ꝯfectis sup cle ricatu bene creditur non autem literis enuntiatiuis ꝛ testimonia libus: sed istud non vl3 indistin cte Panor. in. d. c. post cessionem. dicenti ꝙ si tractetur de modico preiudicio: bene creditur literis epi sine subscriptione: als secus: licet contineant excõmunicatio nem. ponderat em̄ rationem qua re non credit sine subscriptione: de qua infra: que militat etiã in excõicatione si producitur in fa cto arduo. Quid em̄ si ordinari⁹ volens cassare electionem factã de inimico suo facit ꝑduci lite ras ꝓmulgatorias excõmunica tionis falso confectas: dicemus ne fidem eis esse adhibendam si negetur: maxime si concludat irre gularitas illiusvt q: dr celebras se post datã ł̃aruz. Certe nulla equitas hoc patit: ꝛ multum resi stit mẽs. c. qm̄. de pro. ꝛ istius tex. ꝛ. d. c. post cessionez. c. cure. c. j. de treug. ꝛ pa. ꝛ si loquunt i actu mo dici ꝑiudicij: in quo eps hz disspo nere: ꝛ q̃ a voluntate sua depen det Old. ꝯsi. clxxxiij. vt litere com mendatitie. lxxij. di. p to. collatio nes bñficiorũ. ꝛ si. facit qõ no. Io. an. in. c. sicut nobis. de. en. ex. qõ credit literis penitentiariũ qõ no. Ber. in. c. puenit. de fideiuf. hz tñ stilus palatij apli [4] ꝙ nõ cre ditur literis epi ꝯ aplicum im petrantẽ in qbus eps diceret se prius contulisse q̃ papa vel exe cutor: ꝛ hoc ꝯtingit ꝓpter fraudẽ que timetur: q: sepe imo frequẽ ter accidit ꝙ epi ꝯ aplicos impe trantes anticipant datas. not. de ro. vbi. S. refert Panor. l. d. c. post cessionem. de rota. deci. ccclj. In aliis aũt actib⁹: maxime vbi ver tit alterius preiudiciũ nõ credi tur sine testium subscriptione. et presertim vbi pars de hoc contẽ deret. facit aperte. c. ij. de fi instr. si recte intelligatur dum text. ibi tacite loquitur de literis sigilla tis habentibus subscriptionem seu inscriptionem testium: licet testes sint mortui: ꝛ mẽs. d. c. qm̄.

2 Literis epi. sigillo sigillatis non sit credendum.

3 Excõicatio est medicinalis.

4 Epi literis sic credit ꝯ impetrantẽ aplicũ.

licet enim loquatur in iudicialibus: idem videtur in extraiudicialibus in quibus posset quandoque immineret maius periculum quam in iudicialibus. ergo idem dicendum ad hoc quod no. Jo. and. in c. dispendia de rescrip. in. vi. in no. [1] et quia iudicio quasi contrahitur. ff. de pecu. l. iij. Si ergo in quasi contractibus non crediditur literis episcopi seu cuiuslibet iudicis. in. d. c. quam multominus in veris contractibus in quibus minus exuberat officium iudicis. no. tamen quod licet litere prelatorum sine subscriptione non faciant plenam fidem in preiudicium alterius: faciant tamen semiplenam no. Inno. in. c. in presentia. de renun. facit. c. cum in ecclesiis. de maio. et obe. et ibi Panor.

dignitati/beneficio: aut iuri[a] cuicumque[b]

a ¶ Juri temporali/vel spirituali in re vel ad rem.

b ¶ Cuicumque. renuntiatio pure et simpliciter facta non extendit ad ius quod potest in futurum competere nisi hoc caueatur in renuntiatione. c. cum inter. de renun. Bar. in l. qui rome §. duo fratres. ff. de v. obli. glo. in. c. ex multiplici. de deci. et ibi Panor. Bar. in l. quod servius. ff. de condi. ob cau. Bal. in l. pactum. C. de coll. nec etiam ius futurum repudiari potest. ff. de lega. ij. l. si ita scriptum. §. si sub conditione ff. de acqui. here. l. qui superstitis quia non potest quis abdicare a se quod non habet: nam priuatio presupponit habitum. c. ad dissoluendum. de despon. impu. nisi per pactum. C. de pact. l. j. vbi gl. et doc. aut si renuntiatio iuris futuri fiat in presentia iudicis valet. Barto. et doc. in. d. l. j. ff. de cura. bo. dan. et si fiat parte presente. Panor. in d. ca. ex multiplici. Sed an valeat [2] donatio omnium bonorum presentium et futurorum. Bar. in. l. stipulatio hoc modo. ff. de v. oblig. tenet quod non valet facta a priuato sine aliqua reseruatione nec confirmatur iuramento: quia si valeret per eam tolleretur libera testamenti factio actiua donatori: et saltim in effectu. quia si donator postea testaretur verisimili presumptione heres hereditatem non adibit sine comodo. ar. in insti. ad. l. fal. in prin. iunct. l. quod de bonis. ff. eo. tit. igitur talis donatio non valet: quia contra bonos mores. vt. d. l. stipulatio. et per consequens nec iuramento confirmatur. c. non est obligatorium. de regu. iur. in. vi. idem Cy. Bal. et Bar. in. l. fi. C. de pac. Bar. in. l. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro so. Pau. cons. iiij. si traditio bonorum sequitur. Bal. in aut. sed cum testator. C. ad. l. fal. nisi fieret causa mortis: quia tunc tacite videtur facta reseruatio vsusfructus. Paulus consi. xcix. et in aliis libris. ex. et aliqui istam opinionem tenentes dicunt. quod nedum verisimilis presumptione: immo iuris necessitate tolleret talis donatio liberam testamenti factionem actiuam: si in donatione sit apposita clausula possidet precario nomine: vel si fictam traditionem importans: quia cum donator per illam clausulam omnibus bonis presentibus et futuris actu et habitu totaliter denudetur [3] impossibile est ipsum habere heredem sine bonis: quia dicit lex quod non efficitur per legem. vt is qui nulla bona in ciuitate relinquit heredem habeat. in. l. lex cornelia. versic. quia non efficitur. ff. de vulg. et pu. substi. et dicit lex quod non testatur non dominus rerum in

1 Judicio quasi contrahitur

2 Donatio omnium bonorum an valeat.

3 Heres non habet sine bonis.

aut.ingressi sibi quasi nec dñi ret
ruz.C.de sacrosan.ec.idẽ Panor.
in c.ij.de cõces.pben. sed contra.
tenet Gof. de salui.in.l.bona.§.
hereditas.ff.de bo.pos.ꝛ quidam
doc.in.q.que incipit:vtrum dona
tio omnium bonorũ.qđ sentit gl.
in.l.fi.C.que res pig. ob.pos.que
dicit ꝙ licet qñ quis obligat om
nia bona sua generaliter:etiã vi-
deatur obligare futura. vt di.l.fi.
4 tñ si quis,donat omnia bona sua
simpliciter non videtur ꝓpter ni
mium damnũ donare futura: in
nuẽs glo.ꝙ si de mẽte donatoris
cõstaret ꝙ vellet etiã donare bo-
na futura ꝙ valeret donatio in
futuris. Item omnes cõtract⁹ iu
risgẽtiũ indifferẽter sunt pmissi.
nisi lege aliqua spãliter sint cassa
ti.arg.ff.de pac.l.iurisgentium §.
ait ptor.l.ex hoc iure.ff.de iusti. ꝛ
iur.sed nulla lege vel ciuili decisi
na ratione talis donatio reperi-
tur ꝓhibita: vt ex dicendis infra
patebit:igitur. Item materia do-
nationũ est pmissoria.ꝛ qđ expres
se ꝓhibitum nõ est p eas videtur
esse pmissum:vt mõstrat imgat or
qñ ab ipso petitur an mulier pos
sit omnia bona sua in dotẽ dare.
ꝛ rñdet nulla lege ꝓhibitũ est.C.
de iur.do.l.nulla.fa.l.affectionis.
5 ꝛ.l qd id §.mutuus.ff.de dona. Sed
cũ nulla lege ꝓhibit⁹ sit aliquis
bona sua futura donare:vt dictũ
est:dicendũ est donationem vale
re.ꝛ quo ad presentia cõueniunt
omnes per legẽ sancimus.l.si qs
argentuz.§.fi.C.de doñ.et ii.licet
Bald.in.d.l.fi.C.de pac. quo ad
vtraqꝫ bona dicat donationẽ nõ
valere tanqꝫ in fraudem legis fa-
ctam.sed quo ad futura dicũt pre
dicti docto.etiã donationem vale
re.nam nihil tam conueniens est
naturali eqtati ⁊c.in insti. de re.di-

Donari pñt oia bona.

dos in oibus bonis assignari põt.

ui.§.per traditionem.et latitudo
contrahentiũ volũtatis ꝓpter ni
miam subtilitatẽ impediri nõ de
bet.C.vt acti ab here.ꝛ cõ. here.l.
j.in fi.de con.ꝛ cõ. stip.l.veteris.
in fi.ꝛ sicut de pñtib⁹ ita ꝛ de fu
turis rebus suis qsqꝫ disponere
põt.C.de dona.l. spem.ff.de pac.
l.pactũ.in fi.di.l.fi.C.que res pig.
ob.pos.l.iiij.ff.pro so.l.humanita
tis.C.de na.li.C.q bo.ce. pos.l.pe-
nul.ꝛ ibi not Item[4] iura sim-
pliciter pmittũt omnia bona seu
oẽs facultates posse donari.ff.de
his que in frau.cre.l.oẽ.§.lucius.
in.l.ij.l.si filius.l.si totas.et quasi
per oẽs l.ti.C.de inof.do.vbi p do-
nationẽ omne patrimoniũ reperi
rit exhaustũ post mortẽ donãtis
ꝛ valet:intãtũ ꝙ si filij velint ha
bere legitimam oportet ꝙ inten
tent inoffi.do.querelam.ergo cũ
spãliter nullus textus restringat
potestatẽ donandi ad bona pñsen
tia tãtum vt ipsa tantũ donari li
ceat ꝛ non futura:sequitur ꝙ sub
generali iuris permissiõe oia bo
na posse.donari potestas donan
di futura etiã cum bonis presen
tibus de iure comprehẽditur. et
quo spãliter nõ ꝓhibetur. ar.l.pre
cipimus.C.de ap. Item libera fa
cultas disponẽdi de reb⁹ suis cui
libet cõceditur:siue p testamẽ:siue p
pollicitationem:vel votũ.vt patet
in oibus titulis.ff.C.ꝛ insti.de te-
sta.de dona.ꝛ pollicita.ꝛ.ff.a tit.
si cer.pe.vsqꝫ ad fi.li.ꝛ istis qs pri
uari non dz nisi ꝓpter delicti pe
nã.ff.de pe.l.moris §.sunt aũt. q
igit nõ delinquũt remanẽt i ista
volũtate disponendi de reb⁹ suis
ꝓ libito sue volũtatis.C.mã.l.i.re
mãdata.l.libertas.ff.de sta.ho.et
dicit Bal.in.d.l.fi.C.de pac [5] ꝙ
ipse credit ꝙ mulier põt in dotẽ
dare oia bona sua pñsentia ꝛ futur

ta: q2 poterit de dote testari. s3 cū mulier possit d iure facere pactū marito si supervixerit de lucrando totā dotē. C. d pac. co. l. ex morte. in auf. de equa. do. col. xvij. di cēdu3 est fm eū q poterit presentia 2 futura donare. 2 hoc p. in. l. hereditas. C. de pac cō. vbi super bonis fiebat pactū qd volebant valere vt testamētu3: 2 istud fieri nō pōt: s3 titulo pro dote habere potuit vir si hoc agebāt vir 2 vxor vt ibi dicit a 2rio sensu. fa. l. mulier. ff. de iu. do. vbi marit9 h3 oia bona vxoris post eius mortem: 2 creditores volebāt cōuenire maritū: vt heredē: 2 ibi dr q non possunt l3 habeat oia bona vxoris titulo dotis. sic pt3 q de p̄sentib9 2 futuris fuit pactū factū marito p vxorē: q2 si de bonis suis simpliciter fuisset, factū nō venirēt futura. iux. no. p glo. 2 doc. in. d. c. fi. C. que res pig. ob. po. l. fi. §. ij. ff. de le ga. ij. Bal. l. d. l. fi. C. de pac. Itē [1] possum oia bona mea vēdere. l. j. C. de inof. do. cū ibi no. Bar. in. d. l. fi. i. d. l. stipulatio. l3 i mare pretiū piiciat. l. si libert9. ff. de ope. li. nec habet fili9 revocatoriam. Cy. in. l. j C. q̄ in frau. pa. ergo etiam possum oia donare. 2 admittit ecclesia talē donationē. arg l iubemus. C. de sacrosan. eccle. et tū si esset 2tra bonos mores ecclia nō admitteret: q2 nō vult aliquid tur pe. c. fi. de pac. pro. i. l. si vnq̄. C. de revocā. do. in. c. fi. xvij. q. fi. vbi de rigore iuris valuit talis donatio 2 lex 2 ecclesia admittūt: sed propter novā creationē filiorum ex quada3 equitate revocat. Nec ob. q p talem donationē aufert libera facultas testādi saltim indirecte: q2 cū nulla bona sit habitur9 heres: recusabit adire heredita. tē. q2 dicta rō de iure nō pcedit. legislator enī nō fuit adeo sollicitus: vt ois habeat heredē q claudat liberū arbitriū disponēdi de rebus p̄priis pt3: lex falcidia est inducta. ad hoc: vt quis habeat heredem: [1] sed testator pōt inhibere falcidiam. in aut. de here. et fal. §. sin ō expressim. col. j. in auf. sed cū testator. 2 ibi Bar. 2 Bald. C. ad. l. falci. ergo pt3 q quis pōt abdicare a se per q̄ prohibiturus est habere heredē 2 tenet Bart. in. l. marcellus. ff. ad treb. q testator pōt prohibere trebellianicam quartā que expresse 2 finaliter propter hoc solū est introducta vt qs habeat heredē. inst. de fideicom mis. here. §. sed q2. Bar. in. d. auf. sed cum testator. vbi docto. et sic fm Bar. potest quis abdicare illa per q̄ pōt habere heredē. qua ratione manifeste concluditur q pōt quis facere hmōi donationē nō obstāte dicta ratione. Itē si dicta ratio procederet: videlicet q prohiberetur dicta ratione: quia quis nō haberet heredē: sequit q nō valeret arrogatio per quā nō solū bona acquisita: sed acquirēda transferebant. 2 nō solu3 non poterat arrogat9 habere heredē: sed nec testari. 2 tū de iure pmittebatur nō habita cōsideratione ad hoc haberet here[illegible] vel nō. ist. de arro. i pn. de ca. di. §. minima. q̄. mo. te. infir. §. alio. et si dicatur q illetitul9 de acq p arro. est in aliquo immutatus ideo nō est arguendū ex eo. l. j. C. de la. liber. tū adhuc est attēdendū q legislator non considerauit illā rationē habe et qs heredē vel nō: ideo pari modo arguēdū est. p no. d. ff. de cōs iu. cū emā. lib. l. j. in fi. i. glo. Et eodē modo arguēdū est de ingressu monasteriū [3] per quem quis omnib9 bonis presentibus 2 fu

1 Bona sua oia pot qs vēdere

2 Falcidia pt inhibe ri p testatorē

3 Monasteriū ingressus i vivat cibus bonis.

turis testamēti factione ꝛ herede priuatur. d. auf. ingressi. ꝛ tamen valet ingressus nō habita cōsideratione ad dictā rōnē non haben di heredē. Itē pro rebus exiguis non dꝫ legislator hoies maximis astrictionibus ꝑgrauare. in auf. de in stru. s. ꝛ cau. §. ꝛ hec dicim⁹. col. vj. sꝫ sꝫ pro eo q̄ habeat de he redem interdicatur sibi cōmerciuꝫ donationis criminosi loco habe bitur p ipositionē talis; pene. d. l. moris. itaq; nimis grauaret si p deret gaudium qđ donator hꝫ de stabilitate p ipiuꝫ facte donatio nis: ꝛ sic haberet damnuꝫ ex sua libera itate: qđ esse non dꝫ. ff. de edil. edi. l. ad res quare nō videt q̄ legislator adeo curauerit q̄ de

4 heredem habeat: vt in aliquo ve

Donatio gñalis seu dalia si cōprehendit

lit sue liberalitati derogare pro taꝫ modica re sicut est habere he redē: cū multum sit cōmune queꝫ sine herede decedeī. C. ad trebel. l. pe. de here. decu. l. pe. si impe. li. so. l. j. lib. x. et sic qđ in eius fauorem esset introductū in eius lesio nem retorqueretur: quod esse nō debet. l. quod fauore. C. de legi. Item etiam, ille qui donat futura multimode poterit habere bo na que nulli acquiri possunt nisi heredi. vt si legetur sibi ꝛ heredi bus suis. C. de lega. l. in annalib⁹ ff. de vsufru. accre. l. si titio. queād mo. vsufr. amit. l. repeti. et in casi bus in q̄bus . ll. ꝓuidēt heredib⁹ et non alijs: vt est videre in lege post. C. de aduo. di. iu. i. l. lege pra gmatica. C. de domest. ꝛ pro. lib. xij. cum si; Item si quis paciscat alicui vt heredi suo futuro, ille, si erit heres sol⁹ habebit. ff. de pac. l. auus. in fi. in auf. de non alien. aut p. re. ec. §. emphi. col. ij qđ esse nō pt viuēte stipulatore. q2 viuen tis non est hereditas. l. j. ff. de here. vel ac. ven. Item ponamus q̄ aliquis donat tali donatori: ita q̄ donatarius in rebus donatis nullū habet participiū: quo casu donatarius nō hꝫ causam cū que rendi. q2 donator poterat vel alteri donare/ vel nullomō donare ꝛ sic res donate remanerent i libera dispositione illius donatarij q̄ antea donquerat futura. in auf. vt li. ma. ꝛ a. in princ. colla. viij. C. de bo. q̄ li. auf. [excipit. Ita [4] in tali donatione gñali non veniūt omnia bona: sꝫ excipiunt feuda lia que nō possunt, sine consensu dñi alienari. de suc. feu. c. j. nec ea comprehēderētur si que habebat forte donator q̄ iurasset antea nō alienare in vita. de iureiurā. ve niēs. ꝛ per glo. in. c. lꝫ. eod. titu. in vj. Bart. in. l. si quis pro eo. ff. de fideiuf. Pau. consil. liiij. Itē possibile est ex post facto talē donatio nē in totū reuocari sc3 per nouā susceptionem liberorū; vt di. l. si vnq̄. vel per ingratitudinē p donatarium cōmissam. l. j. ꝛ si. C. de dona. c. si. eo. ti. Item; adhuc in illa generali donatione nō veniūt ea que donator verisimiliter i spe cie non esse donaturus. ff. de pig. l. obligatiōe. q̄ res pig. obli. pos. l. j. de regu. iur. in generali. ꝛ ibi vi detur innuere Joan. mo. Nec ve niūt ea q̄bus indiget donator p corporali vita: sed deducendū est ne egeat. arg. ff. de re iudi. l. inter eos. ꝛ id in quo possit testari ꝛ p anima disponere. si em̄ pro vita corporali prouidet: q̄tum p ala rum salute est cura adhibenda? in auf. vt cuꝫ de. ap. cogno. §. si de ex predictis. colla. viij. ex quibus patet q̄ per dictam donationem non priuabit donator omnibus bonis suis: nec p ꝯsequēs actiua testamēti factiōe. sed habebit in

renũtiasse[a] aut p̃uatũ esse: seu ali
quid aliud egisse[b] p q̃d ius pro:
priũ auferat narratũ sit huiusmo
di litere in his non preiudicent[c]

quibus poterit testari. Nec ob. d.
auf. ingressi. q: ille qui nõ est dñs
rerum & pter mutationẽ status p:
sone capitis diminutionẽ impo:
tentia: vt monachus testari non
põt: vt ibi. sz in
casu nostro do:
nator nõ est ca:
pite minutus: sz
adhuc libertatẽ
& ciuitatem reti
net: q̃propter nulla est actiua te:
stamẽti factione priuatus. & per
hoc ptz rñsio ad. l. lex cornelia. ff.
de vul. & pupil. sub. q̃ loquit in fi:
liofa. captiuo. Nec etiã ob. d. l. sti
pulatio. q: ibi loquit de pacto seu
stipulatione de futura successio:
ne: p quã quis astringit se metu
pene ad aliquẽ instituẽdũ here:
dẽ: q̃d est ɔ bonos mores ex par:
te stipulatoris seu paciscẽtis. iõ
stipulatio eius odio annullat. vt
ibi. In isto vero donatore est se:
cus. q: donatarius olm bonorum
non est successor hereditarius. Et
pred. faciunt q possit quis cõsti:
tuere procuratorem ad acceptan
dũ & permutandũ etiã beneficia
in posterũ ɔferenda. ad hoc. l. iij.
ff. de pcu. c. nõ iniuste. l pn. eo. tit.
q̃d no. p Cy. in. l. j. C. etiã p pcu. in
integ. re. pe. pos. no. de ro. dec. iiij.
a ℭ Renũtiasse. valet[1] renũtia:
tio tacita bñficij facta in manib᷒
non sui superioris. c. de multa. de
pre. c. bñficium. de reg. iur. in. vj.
Idem de renuntiatione iuris iad
rẽ. c. ij. de transla. pre. cũ ibi no. c.
si electio. de elec. in. vj. de ro. deci.
ccxc. cccxxviij. sec᷒ in renũtiatiõe
iuris in re: q̃ non tenet nisi fiat in
manib᷒ superioris: nec aliter re:
nuntiãs pdit dñium & proprieta:
tem beneficij: do nec superior re
nuntiationem ratam habuerit. c.
si. de renũ. c. quod in dubijs. & ibi

not. Inno. & doc. e. ti Jo. and in. c.
ex ore. de his q̃ fi. a ma. par. ca. in
regula is qui tacet. de reg. iur. in
mercu. Pau. in cle. j. de renun. ad
hoc. l. legatus. ff. de offi. pre l. fi. C.
de defẽ. ciui. [2]
vbi etiã officium
publicũ secula:
re nõ potest q̃s
a se abdicare ex
priuata renũtia
tione. Bart. in. l. j. C. de pe. bo. sub.
lib. x. Panor. in. c. q̃d dei timorem.
de sta. mo. in. c. ij. de resti. spol. su
perior aũt dicit q̃ põt inuitum de
stituere. ca. cũ ex iniuncto. de he
re. no. Inno. in. d. c. fi. Jo. an. in. d.
cle. Archi. in. c. deliberatione. de
offi. leg. in. vj. Bald. in marga. in
v. admittere[3] nisi bñficium esset
litigiosum: tũc posset ei renũtiari
absq ɔsensu superioris qñ est pro:
babile dubium: an habeat ius. c.
ij. de in integ. re. no. Pan. in. d. c. q̃d
in dubijs. secus si clarum esset il:
lum hr̃e ius: sz litẽ pateretur. ita
intellige d ro. deci. cccix. si tñ renũ
tiatio spontanee facta est in ma:
nibus superioris: licet non ad:
missa nocet renuntianti repetẽti
beneficiũ no. de ro. deci. ccclv.
b ℭ Egisse. puta mãdat ordina:
rio aut alteri q p̃uet titiũ bñficio
& alteri ɔferat: q: titi᷒ cõmisit ho:
micidiũ/aut aliter est incapax. et
no. q p lr̃as p̃latoꝶ nõ pbat cri:
mẽ. sz ob. c. cũ in eccl'ijs. de malo.
et obe. cũ ibi no. dic q vbi ager. t
de modico p̃iudicio: bñ crederet
solis lr̃is p̃latoꝶ: al's secus. et an
p instrumẽtum possit pbari cri:
mẽ alicui᷒ no. Jo. and. in regula
semel. de regu. iur. in. vj. in mer. p
gl. & doc. in. d. c. cum in ecclesijs.
c ℭ Nõ preiudicent. arg. q hmõi
litere in his casib᷒ nõ faciũt etiã
semiplenam probationẽ. & fa. lex.

1 Benefi
ciũ re:
nuntia
tio an
possit
fieri in
mani:
bus nõ
superioꝶ

2 Offin
publi:
cũ secu
lare nõ
licz ali
cui per
se di:
mitte:
re.

3 Benefi
ciũ liti:
giosum
sine li:
cẽtia su
perioꝶ
põt di
mitti.

quī sequit: nisi aliter appareat p testes &c. qui loquitur in plurali nūero. nec sufficeret p hoc vnus
4 testis cū lrīs. sic limita qd̄ not. &
Pape est eque puisio. grauis em̄ erat
solū h̄re cie. lrīs. per quā
bū olī poterat papa p
facie- solas suas lrās
bat ple nocere cuicūq3
nā pba scribēdo vt vel:
tionē. let. sed specialitas ibi erat pter auctoritatē pape p quo est semp presumendū[4] nam olim etiam soli eius verbo, si in eo perseuerabat credebat etiā de his q̄ vidit ante papatū. c. cū a nobis. de testi. no. Jo. an. in c. j. de renū. li. vj. in ver. statuit. & in c. ad aplīce. de reiudi. eo. lib. Bal. in l. iusiur. C. de testi. nemo em̄ illi cōtradicere poterat fm hosti. in d. c. cū a nobis. alle. xix. dis. in memoriā. sx. q. iij. cuncta per mundum. et. c. per principalē. de offi. dele. ex parte. Poterat tn̄ ei dici fm eum salua maiestatis reuerentia aliquid est de quo non recordamini: qz plerumq3 vos fallit obliuio. xxiij dis. preterea. qd̄ credebat verū Pan. in his in quibus papa h3 liberā ptātem: vt in bnficialibus & spiritualibus. sed dubitabat in aliis
5 causis pphanis & inter laicos. p
Testes hunc aūt tex. nō puto hodie fore
an' de- credendū soli verbo pape in casi
beant bus his cōtentis & si. in graue p̄-
se sub- iudiciū alterius: qz nec literis ei'
scribe- credit qd̄ est cōforme diuino exē
re. plo Joan. viij. c. & .3. q. iij. vbi xp̄s noluit q sibi crederetur: sed voluit se cōformare legi diuine dicēti. in ore duorū &c. et inquit. si duorū testimoniū verū est: quare testimoniū meū & prīs mei nō accipitis ij. q. j. deus oipotens: vbi dicitur q deus noluit punire peccata sodomorū: l3 sciret tāq3 de'

etiā si sup ipsis gratia vel intentio narratis fundet[a]: nisi per testes[b] aut alia legitima cōstiterit

nisi prius eos cōuinceret tāq3 fuder. & in l. diuina null' est casus exceptus: nec alibi reperitur contrariū q vni soli credatur in graue preiudicium alterius.

a ¶ Fundet. vt qz papa vel ali' ordinari' cōfert bnficiū qd̄ narrat vacare p resignationē aut per priuationem quā fecit de titio: aut mandat eū priuari bnficio: qz dicit se prius eū excōicasse. olim aūt credebat lrīs aplicis in d. casibus et si in cle. lrīs. de pcu. sed verba narratiua super quib' nō fundabatur intentio pape: non faciebant plenam fidē. c. si papa. de priuileg.

b ¶ Testes. i. depositionē testiu3 etiā nō inscriptorū in lrīs. ad hoc c. cū Joānes. cū ibi not. de fid. instru. vel itellige nisi hmōi lre habeant subscriptionē testiu3. Sed an[5] requiratur q debeat fieri inscriptio manu ppria ipsorum testiū an sufficiat q ordinari' inscripserit noīa testium in literis suis? Jo. an. dicit in c. post cessionem. de pro. q lre epī non pbant nisi habeant subscriptionē. & videtur velle q subscriptio debeat fieri manu ipsorum testiū subscribentiū: qz alias per subscriptionem nō esset plene puisum fraudibus: cum apponēs furtiuum sigillum subscriberet seu inscriberet testes nūc mortuos tempore date ipsius scripture viuos et sic non posset reprobari. ad hoc qd̄ no. in c. ex tenore. de testi. licet. d. Anto. videatur velle in d. c. post cessionē. q sufficiat inscriptio testiū facta p scribētē lrās sicut fit in instrō. p. c. ij. de fide instru. c. j. de pcu. s3 Panor. sequit opi. Jo. an. in d. c. post cessionē. per. d. c. j.

in ß.de procu.cū faciat ibi mētionē de subscriptione.⁊ verbū subscriptio cōprehēdit proprie:⁊ fm cōem vsum loquēdi subscriptionē i fine factā manu testiū:vñ dr̄ subscriptio q̄si subt⁹ scriptio. Itē cū i documēta[a].Datum[b] in sessione ecciij.vbi dicūt q̄ litis p̄uatz re q̄ra tur subscripto ipsorū testiū.l.scriptura.C.qui po. in pig.ha. not. do..in.c.ij.de fide instru. ergo in istis cū magis attrahāt ad naturā p̄uatarū q̄ publicatarū:cū iudex nō sit persona publica in scribēdo.⁊ facit.c.quoniā.de procur. vbi text.in defectu notarij requirit inscriptionē seu subscriptionē duorū virorū idoneorū.igit eadē ratione idē dicēdū est in extraiudicialibus:vt nō credatur literis epi seu ordinarij in preiudiciū alterius/si nō habeāt ad min⁹ subscriptionē duorū.⁊ monetur Panor.alia rōne:q:voci epi nō credi tur,in preiudiciū alterius.vj.q.ij. si tātū.xj.q.iij. si eps.d.c.quoniā. ergo nec literis suis:cū is qui inducitur ad falsum dicendum:nō minus induci pōt ad scribendū ⁊ sigillum suum apponendū et inscribendū testes qui nūc mortui sunt:tēpore date literarū viuos. oia enim ista pendēt a voluntate sua:⁊ pauperi innocenti deficiet pbatio negatiue:⁊sic erit i facultate ordinarij quodāmodo necādi siue spoliādi subditos suos faciendo literas modo predicto:qd̄ est contra oēm equitatē:et si iura deficerēt nō deficit ratio: et aperte mens.d.c.qm̄.d.c.si tantū. vbi autem huiusmodi litere haberēt subscriptionem duorū testium facerent fidē in casib⁹ huius text⁹ ⁊ similibus:siue sint promulgatorie:siue dispositiue:siue testimoniales:attestātes tamen factum de presenti fm datam literarum. probatur in.d.c.ij.de fide instru. vbi tales litere sigillate ⁊ subscripte habēt vim publici instrumenti.⁊ in.d.c.cum a nob's.ver.neq; ad he: deci.ro. ccciij.vbi dicūt q̄ etiā in preiudi ciū apostolici expectātis:tales litere a testib⁹ subscripte faciūt fidem.per p̄ređ.p3 non sufficere q̄ hmōi litere sunt subscripte a secretario vel notario epi scopi.

a ¶Documenta.puta per instrumenta autentica vel per confessionē ptis:aut ratificatione subsequentē:tacitam vel expressam.

b ¶Datū.ar. q̄ lex siue ꝯstitutio debet redigi i scriptis cū data ad hoc.j.§. seq.ver.volētes. vbi mādātur iste cōstitutiones registrari.Sed an scriptura sit de substātia legis?varie fuerūt opiniones inter legistas in.l.j.C.de leg.vide Jo.an.in regula: nemo potest.de regu.iu.in.vj.in mercu.de ro. deci.ccl.Spe.tit.de lega.§.finit.ver. q̄d si legat⁹.Bar.in.l.ij.ff.de vulg. ⁊ pupil.sub.Bald.in pro.li.feu.in l.humanū.C.de legi.Jn̄.in.c.a nobis.de sent.exco.Panor. in.c.j.de cōsti.in.c.j.de postu prel.in.c.pastoralis.de fide instru. vbi placet sibi opinio q̄ regulariter scriptura non sit de essentia constitutionis:⁊ sic q̄ possit probari per testes.facit.c.j.de renū.li.vj.vbi successor redegit in scriptis constitutiones predecessoris ne traderet obliuioni.insti.de iu na.§.ex non scripto.ver. sed quod p̄ncipi.vbi sola voluntas principis cum effectu facit legem ad hoc.c.si romanorū.xix.distin.vbi constitutio ligat etiam si non sit redacta in volumine iuris.vtile tamen est redigere legem in scriptis:vt conser

1 Epi literis ñ credit i alteri⁹ p̄iudicium.

2 Lex an debeat scribi de necessitate.

3 Cōsď de necessitate non reqrit scripturam.

uetur illius memoria. arg. c. signi ficauit. c. albericus. de testi.
a ℭ huius. basilien.
b ℭ Ecclia. arg. qđ [4] tabellio in instrumēto debet apponere locū initi cōtractus: pa tet in. c. qm̄. de p. ibi loca. ⁊c. ij. q̄sti. viij. libellorum. C. de con. ⁊ com. stipu. l.

publico huius [a] sancte synodi in ecclesia [b] maiori basiliē [c] si solēniter celebrata nono [d]

4 Loc⁹ ē i instrō ponendus.

optimā. ⁊ ibi Cyn. ⁊ Bal. insti. de inuti. stipu. §. itē in verborū. c. abbate. §. ex his. de re iudi. li. vj. vbi Jo. an. ⁊ doct. intantum q̄ nō valeret ꝯsuetudo q̄ instrumētū fieret sine loco. ꝺ ro. deci. cccccxj. ⁊ q̄r hec lr̄a loquit̃ specifice de ecclias facit q̄ nō sufficiat ponere ciuitatem vel castrū p loco in instrumēto: sed opꝫ q̄ specialis loc⁹ exprimat̃. ad hoc data. vj. ibi apud scm̄ petrū qđ vult Jo. and. in. ꝺ. c. abbate. in no. ad hoc aut̃. q̄. mod. na. effi. le. §. q̄ntū vero. coll̃. vj. ibi etiā dom⁹ scribit̃. de hoc in Spe. ti. de instru edi. §. ij. Jo. an. in addi. e. tit. §. postremo ꝟ. q̄d si loc⁹. Bart. in. l. de pupillo. §. q̄. nuntiat. ff. de no. ope. nū. i. l. lecta. ff. si cer. pe. Jo. an. ⁊ moder in. c. j. de fi. instru. Sꝫ dic [5] q̄ circa solēnitatē instrorū multū attēdit̃ ꝯsuetudo loci: vbi fit instrm̄. in aut̃. vt p̄po. no. impe. §. si q̄. col. v. ꝺ fi. instr. cū dilectis. ff. ꝺ aq̄ plu. arc. l. si prius. §. recte placuit. ⁊ ibi Bar. ⁊ Bal. in. l. ꝯparatiōes C. de fi. instr. vbi dicit locū nō esse de substātia: si est consuetum instrm̄ certo loco fieri: ideo si generalis consuetudo habet quod ponatur illa generalis loci inscriptio sufficit. si ꝟo non sit talis cōsuetudo: tunc requiritur quod locus specialiter apponatur. no. Lap. in ꝺ. c. abbate. nisi in expressione generali tacite includeretur locus specialis:

5 Instri solennitas seruet̃ scd̄m ꝯsuetudinē.

tunc sufficeret. ita procedit quod dicitur de stilo curie. in data literarum apostolicarum: quod sufficit generalis locus: quia notori⁹ est locus vbi papa manet in ciuitate. si tñ specialis locus nō exprimatur/ nō propter h̄ vitiaretur instrumentum: sed fieret suspectum: ⁊ incūberet producenti illum specialē locū declarare per testes. C. de pro. l. iubem⁹. de fal. l. fin. c. cū ioannes. de fide instru. no. Domi. in. ꝺ. c. abbate.
c ℭ Basiliēsi. nota q̄ ecclesia cathedralis denominat̃ a loco sine expressiōe certi nominis seu illi⁹ sancti: sub cuius vocabulo ecclesia est cōstructa. no. in. c. q̄uis. de p̄ben. in. vj. q̄ de stilo romane curie est q̄ quādo facit mentionem de ecclesia cathedrali non exprimat̃ in literis nomen ecclesie. p quo. c. dudū. j. ⁊. ij. c. bone. ⁊. ij. c. cum mana. de elect. sec⁹ qñ fit mentio de ecclesijs inferioribus. al's litere essent surreptitie: q̄r contra stilum curie. vnde cōcludit q̄ si mādat̃ puideri alicui in ecclesia sancti petri bonon̄. et non reperit̃ ibi aliqua ecclesia sub isto vocabulo nisi sancti petri: non valet gratia pp̄ter expressionē illi⁹ nois sancti petri contra stilum curie. de crimi. fal. c̄ graui. quod not. doctō in cap̄. ad audientiam. de rescript. cap̄. ad nostram. de confir. vti. quod nisi stilus curie seruetur sunt litere suspecte de falso: nisi per literas appareat aliter papam intellexisse de cathedrali. Panormi. in cap̄. sacrosancta. de electio.
d ℭ Nono kalē. i. nono die ante kalendas Apulis: qui est dies xxiiij. martij. ⁊ de kalēdis: nonis:

et idibus not. super data. vs. ff. de ver. sig. cū bissext⁹. Spe. ti. de in stru. edi. §. ij. Et facit iste tex. q le ges[1] et cōstitutiones debēt regi strari cum die et anno: valerēt sine die et cō sule.
l. j. C de no. C. cō. ver. et si que. no. in. l. si qua. C. de Kalendas aprilis. Anno[a] domi ni[b]. M. cccc.xxxv.
diuer. rescri. sed instrumenta pu blica nō valerent sine die et cōsu le. not. in aut. vt ppo. no. spe. coll. v. no. in. c. inter. dilectos. de fi. in stru. ad hoc. c. qm̄. de pro. c. abba te. §. ex his. de re iudi. lib. vj. et ibi Jo. and. in no. scripture priuate: sic. l. cū tabernā. §. idemquesijt. ff. de pigno. et ibi Bart. et Bald et in prima cōstitu. ffor. per illū. §. idē quesijt. glo. xxv. q. ij. §. rescripta. ꝟ. si qua. Bald. in. d. l. j. §. quibus. C. de no. C. cōpo. Specu. tit. de pro. cu. §. ratione. versi sed quid si in mādato. et tit. de instru. edi. §. nūc dicendū. vbi Jo. and. in. addi. sen. tit. host. in. d. c inter dilectos. pa nor. in. c. ij. de fide inst. dicit q aut agitur de solo preiudicio scribē tis: et non exigitur dies: nec cōsul/ aut locus/ aut similia q̄ sunt de solēnitate publici instrumenti. d. §. idem quesijt. Uult Jo. an. in. d. c. inter dilectos. i. d. c. abbate. ad hoc. ff. d pig. actio. l. titi⁹. depositi. l. publia §. si. xxvij q j. cēs femine. ff. de pcu. l. cū de indebito. de fi. instru. si cautio. nec subscriptio Barto. in. l. scripturas. C. qui po. in pigno. habe. l. cum anuquitas. et ibi Bald. de testa. d. §. idē que sijt. et ibi Bal. nec sigillatio. Bar. vbi. s. in. l. ad testiū. ff. de testi. ita intellige Bald. in rubri. C. de fide instru. vbi dicit simpliciter nō re quiri diē in scriptura pūata: aut agitur de preiudicio alterius ial tem secūdario: et tūc aut dies re nit necessario probanda et requi ritur: puta dico me priorē in ypo theca: tu dicis te priorē: et produ cis scripturam priuatam vbi nō apparet de die obligationis: cer te ego sum preferendus: qz pro batio tua tanq̄ incerta mihi nō preiudicat. arg. c. in presentia. de proba. quod voluit Bart. in. d. §. idem quesijt idem putat vbi ex nō appositione diei auferret al teri parti defensionis copia vt in questiōe quā facit host. et Spe. locis pallegatis puta pducit in strumentū procuratoriū manu priuata confectum sine die nō dz valere in preiudiciū aduersarij: cum nō possit probare an tpe cō stitutionis pcurator esset excōica tu s: vel an sit reuocatus per con stitutionem alterius pcuratoris. et his casibus intellige Bald. in d. l. scripturas.

1 Leges regi strētur cū die et anno

a ¶ Anno. supple currente. et est consuetudo notariorum qui scri bunt[2] anno a natiuitate domi ni. M. cccclxxxvj. qui nunc currit: cum tamen annus nō sit comple tus. Unde dicit Cardinalis flore tinus in. c. iuueni s. de spōsalib⁹. q melius videntur dicere floren tini: qui ab anno incarnationis completo incipiunt. modum ta men premissum saluat consuetu do que detrahit de proprio signi ficato. ff. de fundo instrumē. cum delationis. §. asinam. sed olim so lebat dici currente anno natiui tatis: et tunc erat ppria locutio: sed propter breuitatem quidam omittūt: et dicunt simpliciter an no a natiuitate sine verbo currē te et vide Bald. in. l. imperialis. de pa. constan.

2 Ann⁹ dñi qñ incipit

b ¶ Domini. supple a natiuitate

Nam anni dñi a natiuitate con- putantur, ut de colla.c.j. in data. de paci.possess.c.j.in fine, de spe- cta.in eccle.nō faci.c.j.in fi. Sed florentini cōputāt ab incarnatio ne: vt j.c. In no- mine dñi. xxiij. dist.ita cōputa- bant annos Eu geñij quarti. ⁊ in hoc standuz est cōsuetudini.no. Specu. titu. de instr. edito.§.ij. primo. tamen cō putatio a nati- uitate recitior ē. De ro. deci. liij. Panor. in.c. In- ter dilectos. de fide instrumen.

3 Anni computantur a resurrectione in fracia.

Gallici [3] tamen vulgariter cō- putant annos a resurrectiōe do- mini.de ro.deci.cxj. Ista autē cō- putatio diuersificatur fm diuer sitatem gentium.glo.in cle.j. in versi.ex tempore. de sum. trini. glo.in rubri.C.de indictionibus. Barto.in.l.libellorum.§.si accu- sator.ff.de accusationibus.

4 Simpliciter q liter accipitur

Demum.vsq ad finem. Pri- mo ponitur conclusio eccle- sie gallicane bituris facta super acceptione decretorum basilien- sium. Secundo eiusdem suppli- catio ad regem super protectio- ne dictorū decretorū. Tertio re gis approbatio mandantis hu- iusmodi decreta in regno publi- cari. Quarto iniungit omnibus suis officiarijs ⁊ subditis q illa omnino seruent et tueantur. se- cunda ibi: ea propter. tertia: nos igitur. quarta. quocirca.

a ¶Demum.id est finaliter.

b ¶Congregatio. ecclesie galli cane bituris facta.

c ¶De quibus: supra de au cto. ge ne.conci.c.j.⁊.ij.de elect.c.⁊ qz com.fri.ap.c.j.de paci.possess.c.j. quomodo diuj.offi, fit celeb.cuz alijs cap.sequen.

Demū[a] cōclusit prelibata cōgregatio[b]: vt decreta ipsa de quib[c] visuz est q de- beāt simplicit[d] acceptari exnunc simpliciter accepten[e]: ⁊ executio nē sortiāt atq exnūc[f] effectui rea liter mācipētur. Et sic illa[g] de- creta circa q̄ fuerunt facte pnota te modificatiōes: de quibus supe rius dictū est exnunc cū ipsis sc3 modificationibus acceptentur: prout etiam acceptātur sub spe sc3 q ipse modificationes per sa crum concilium admittentur[h].

d ¶Simpliciter. i.[4] sine aliqua modificatiōe vl distinctiōe.l. cor ri.ff. p soc. Bal in.l.manifestissi mi.C.de fur. vbi per eumquomō intelligatur sim pliciter. et. in. l. ea que. de cōdi. indebi.in.l.eam quam. C. de fi- deicom. Barto. in.l.j.ff.de vulg. et pup.sub.

e ¶Acceptentur. nō hesitatione potestatis ⁊ auctoritatis conden tis et promulgātis: sc3 ipsius cō cilij basiliensis: sed quatenus cō moditatibus temporibus ⁊ mo- ribus regionum et personarum regni congruere visum est. ʒ. in procmio. in fine.

f ¶Exnunc. i. a die date presen- tium absq alia publicatiōe: vt. j. versi. volentes hoc enim ver. nūc presens tempus significat. ff. de noua. l. quoties. de nego. gest. l. qui sine. in fi. sed dñi de parlamē to nuper aduisarūt q turnus no minationum decetero incipiet a pascha proximo.

g ¶Illa. vt. ʒ. de elect.c.j.⁊.ij. de col.c.j.de cau.c.j. de nu. et qua. car.c.j.de anna.c.j.

h ¶Admittentur. nō fuerunt ta men predicte modificatiōes ad- misse per concilium basilieñ. qz dissolutum fuit anteq ei relate fuissent. Et ideo per hunc textum voluerunt quidam dicere nomi

Pro quo regij oratores [1] instabũt vice regia[a] eccl'ie regni ꝛ delphinat[9]. Et postremo visum fuit p:e: dicte cõgregationi instandũ[b] fore omnino[c] apud[d] regẽ vt ipse ex nũc decreta eadẽ iuxta modos[e] ꝑnotatos acceptet ꝛ approbet[f] mandãdo districte ex nũc curie[g] parlamẽti ꝛ aliis institiariis regni ꝛ delphinat[9] ac aliorꝫ dñorꝫ regni: q̃tenus de pũcto in pũctũ ꝑmissa inuiolabiliter et imperpetuũ obseruent et obseruari faciant: transgressores et contrafacientes taliter puniendo q̧ ceteris in posterum cedant in exemplũ[h]. Et super hoc conficere pragmaticam[i]

nationes non debere sortiri effectum cum sint modificatiões ad/dite per ecclesiã gallicanã. ẽ. de colla. §. itẽ placuit et §. seq. modificationes autem nõ fuerant acceptate: nisi sub modo q̧ referrẽtur ad concilium basilieñ. ꝛ per illud admitterentur vt hic. ꝛ. ẽ. de col. ca. j. ver. adiicie. Et vide q̃d ibi no. ꝛ l. d. §. itẽ placuit in versi. capellanijs.
a ¶ Vice regia. id est loco regis l ij. C. de adop. nam q̃ per aliũ facit: ꝑ seipsum ꝛc. c. qui facit. de reg. iur. lib. vj. et omnia nostra facimus: quibus auctoritatem impartimur. l. j. ver. omnia enim. C. de ve. iur. enu. c. si apostolice. de preben. in. vj. et cum [1] oratores vicem regiam ecclesie gallicane gerant: debent honorari in loco in sessione ꝛ alijs: sicut rex ꝛ ecclesia quoqꝫ personã representant. ad hoc. c. precipimus. xciij dist. c. sane. ij. et quod ibi no. Panor. de offi. delega. Hostien. in principio sum. xxj. di. in nouo. ij. q. v. habet. xcviij. dis. nobilissim[9]. glo. de sen. excõicatio. cum voluntate ad hoc quod not. Barto. in. l. filius. in. l. vicarius. ff. de leg.
b ¶ Instandum. id est prosequẽdum cum magna instantia. nam instare est aliquid sepius ꝛ diligẽter petere. c. di. prisca. de renũ. q̃dam. c. ab eo. de appel. cum si.
c ¶ Omnino. i. cum perseuerãtia et vsqꝫ ad effectum. ꝛ de hoc ver.

no. ẽ. de concu. ca. j. §. ꝛ §. publici.
d ¶ Apud. per. d. scribitur. q̃nqꝫ capitur pro in. c. statutum. in ꝑn. de prebẽ. in. vj. not. Archi. in. c. si. de consue. eo. lib.
e ¶ Modos. id est modificationes.
f ¶ Approbet. q̃tum regie dignitatis itererest ẽ. in pro §. cum itaqꝫ. ꝟ. eadẽqꝫ.
g ¶ Curie. ꝺ qua ẽ. de cau. §. itez fuit conclusum.
h ¶ Exemplũ. sic pena vnius debet esse metus multorum. ff. de pe l. capitalium. §. famosus. l. aut facta. §. fi. ff. de iniur. l. eum qui. ff. deposi. l. bona fides. C. ad l. iul. repe. l. j. c. j. de male. cum si.
i ¶ Pragmaticam. pragmatica sanctio [2] dicitur proprie illud qꝺ princeps de ꝯsilio ꝓcerũ sancit: ꝛ statuit ꝑ reb[9] cõibus ꝛ vniuersitatis. C. ꝺ diuer. rescrip. l. fi. i fine. l. fi. C. ꝺ do. ꝛ pro. lib. xij. l. ij. C. de nouo. C. com. §. et si q̃. de iusti. co. com. l. j. §. si q̃ vbi glo. no. in §. rescripta. xxv. q. ij. in. l. iubemus. nullam. C. de sacrosanct. eccle.: in aut. qua in prouincia. vbi de. cri. agi opꝫ. in. l. nõ aliter. C. de pala. sa. lar. lib. xij. in. c. fundamenta. de elec. lib. ꝛ scribentes pragmaticas sanctiones lex vocat pragmaticos. ff. de pe. l. mortis. §. solet. d. l. fin. aliquando capitur pro annotatione que fit de rebus priuatis. l. iubemus. C. app. siue pro attestatione facta per principem pro permutatione facta cum re

1 Oratores regij vt rex sũt honorandi.

2 Sanctio pragmatica q̃d sit.

sanctionē[a]. Ea propter nobis humiliter supplicauerūt memorati[b] archiepi/epi/capitula notabilia/ decani/ abbates/ cetericꝫ plati ꝛ viri ecclesiastici acꝫ scientifici vniuersitatū studiorum generaliū regni ecclesiam predictā regni ꝛ delphinatus nostrorū predictorū representantes: quatinus eorū deliberationib⁹ et conclusionib⁹ sic ſm deū iustitiā et sinceritatem[c] conscientiarum suarum acceptis tam respectu prefatorū decretorū et canonū ipsius sacro sancte generalis synodi Basilieñ. ꝙ alīs in his que p vtilitate rei publice: eccłie regni ꝛ delphinatus nostrorū fuerūt inter eosdem deliberata et conclusa regium nostrum consensum prebere: eacꝫ ptegere efficaciter et exequi: ac inuiolabiliter per oēs subditos nostros obseruare facere et mandare dignaremur. Nos igit[d] attēdētes ꝙ sicut sacerdotes[e] debitores sunt vt veritatē[f] quā au-

ecclesie.in ca.j.de rerum permu. vol glo. Et btūs Ludo. fecit vnā pragmaticā p iuris cōmunis in electionibus ꝛ collationib⁹ bñficiorum defensione. similiter hec pragmatica est decretorū Basiliēsium: imo iuris cōis conseruatio.j.ver.nos igitur.ibi.ꝛ sanctorum patrum s.in proe.§.quib⁹ ad plenu. versi. qualiter.

3 Pragmaticā impugnātes impugnant ius cōe.

4 a Sanctionē. cōtra quā inuehit papa pius i oōne responsiua quā habuit i conuentu Mantuano ad oōnē legatorꝫ gallicorum q̄ incipit responsuri. ꝛ Arch. Turo. in tractatu con.pragma. sed quid aliud impugnare[3] nituntur: nisi ius cōe iura antiq̄ sanctorum patrum tam salubria: tā vtilia: que quādiu obseruata fuere ecclesia dei fructus honoris ꝛ honestatis felici vbertate produxit ꝛc.et ex eius contemptu ꝛ infractione ecclesiasticus ordo confunditur: ministri indigni promouentur: animarum cura negligitur: pauperes innumeris discriminibus subijciūtur: multacꝫ alia inconueniētia haud tolerāda sequūtur enumerata.s.in pe. ꝛ de colla.c.j.in prin.de cau.c.j.in prin. ꝛ per cantorem Parisieñ.in remonstrā.pragma.ꝛ vide quid dixi in

Predicatio nō oībus est permissa.

5 Veritas ab oībus q̄rēda est.

pro.§.ij.in ver. martini.

b Memorati.s.in proe.§. quibus astente.

c Sinceritatē.quā habere debemus.Pau.dicente: gloria nr̃a hec est testimonium conscientie nostre.c.inter.c. nō sunt.xj.q.iij.

d Igitur.illatiue ponit.ff.de dā.infec.l.si finita.q̄ncꝫ incepti ue.ff.de iusti. et iure.l.ius ciuile.§.fina.sol.mat.l.fructus.

e Sacerdotes ec.ꝙ nō pñt ali qui p̄dicare nisi sint sacerdotes. ad hoc.xvj.qō.j. adūcim⁹. quod voluit Mar. in Cle.dudū.de sepul.Pau.ibi dicit[4] ꝙ interdū quis p̄tendit licitū sibi esse p̄dicare rōne ordinis:ꝛ tūc hoc solū competit sacerdotib⁹: interdū rōne p'lationis:ꝛ tunc ēt cōpetit subdiacono q̄ plat⁹ eē pōt. de eta.ꝛ q̄li p̄terea.s.d ele.c.j.§. deinde eligāt.ꝛ siłr doctori in theologia approbato p eū adꝫ quē ptinet.d here cū ex iniūcto.aliqñ ratiōe priuilegij:vt fratrib⁹ p̄dicatoribus ꝛ minoribus:vt.d.cle.alīqñ ex cōmissione ꝛ licentia prelati.per docto.in.d.cle.l.c.excōicamus.de here.

f Veritatē. que[5] ab oībus inquirenda est.xxx.qō.vlti. indicantem.xxviij.di.qꝛ sunt. C.de tē.ap.

dixerūt a christo[a] libere[b] pdicent: sic princeps debitor est: vt veritatē quā audiuit a sacerdotibus approbatā quidē scripturis defendat[c] fiducialiter: et efficaciter exequatur[d]. Premissis et aliis iustis et rōnabilib9 causis premonitis: habita[e] etiā super his deliberatione digestissima[f] cū predictis principibus nostre regalis prosapie ac aliis magnatibus: pceribus: multisq viris prudentibus et scientificis ecclesiasticis et secularibus regni et delphinatus nostri rum: nobis in concilio[g] nostro

l.per hāc.l.si qua.ad or.si.l.nemo. de sen. et inter.nā veritas oia vincit.ff.de pba.l.si.Innoc.in.c. nisi cum pridem.de renum.
a ¶Christo.qui est ipsa veritas. c.qui cōtempta. viii. distin.
b ¶Libere.abs metu aut dissimulatiōe.Grego.xliii. dis.sit rectoꝝ.sepe namq rectores improuidi: humanam amittere gratiā formidātes loq libere recta pertimescūt:et iuxta veritatis vocem nequaq iā gregis custodie pastoꝝ studio:sed mercēnarioꝝ vice deseruiūt: qr lupo veniente diffugiunt dum se sub silētio abscōdūt: et Chriso.nolite timere eos q occidūt corpus ne forte propter timorē mortis nō libere dicatis qd audistis etc.xi.q iii.nolite.ideo debent sacerdotes libere tyrannos redarguere: et libera voce huius mūdi ptātibus cōtraire.d.c.sit rector.c.gnāli. de ele.in.vi.xi.q.iii.cū apud. henri. in.c.irrefragabili.de offi.or.et ponere aiam suam.p defensione ecclesie et subditoꝝ suoꝝ.c. suggestum.cum duobus.c.seq. vii. q. i. c.nisi cum pridem.de renū.exemplo beati [1] Ambrosiū q Theodosium imperatorem excōmunicans ab ecclesia exclusit.xcvi. distinc.duo sunt. paratusq fuit p altaribus immolari.xxiii.q. viii. conuenior.vbi not. q [2] prelatus mortem debet subire:non solum vbi fides ecclesie impugnatur sed etiam sibi res ecclesie auferuntur.exemplo beati Tho.archi. cantuariesn.qui pro defendendis rebus ecclesie martyriū suscepit. c.sicut dignum.de homici.qd intellige vt not.Innō.et docto.in.c. nisi cū pridē. melius enim est eis pro veritate pati suppliciū: q pro adulatione aut dissimulatione bñficiū. xi.q.iii.nemo pteritoꝝ.Et beati sunt qui persecutionē patiuntur propter iustitiam.Matth.v. et.i.ad Thimo. ii.et.iii.xxiii. q.i. a recta.xliii. dis. scim9.et hoc vbi ecclesia fouet iustam cām: alias non tenentur eam tueri.xiii.q.i. quod debetur. glo.in.c.i.e.titu.et q.in.c.bone.ii.de postu.prela.docto.in.c.nihil.in.c.si.de prescrip. vbi glo.et docto.dicunt prelatum nō debere prescribere contra cōscientiaz pro ecclesia que cultrix et auctrix est iustitie:nec patitur contra iustitiam aliquid fieri in se vel in alterum.c.i. de aliena. feuda.colla.x.
c ¶Defendat.xi.q.iii.nolite.
d ¶Exequatur.concord.§.in pemio.in prin.cum ibi no.
e ¶habita.simile.§.in proe.§.qbus attentis.
f ¶Digestissima.id est decocta. de conse.dist v.ne tales.in proe. cle.§.in pro.circa si.quia sicut stomachus digerit coquēdo escas: sic princeps negotia.insti. in pn. .§.igitur.
g ¶Concilio.Not.q viri ecclesiastici licite possunt esse de concilio

1 ambrosius theodosiū excōicauit.

2 Prelatus pro ecclesia mortez subire debet.

magno assistentib⁹ eorūdē prela-
torum ⁊ aliorum ecclesiasticorum
ecclesiam regni et delphinat⁹ is
nostrorū representantium sup-
plicationem ⁊ requestam instam
⁊ rationabilem/ ⁊ sanctorum pa-
trum decretis conformē: omniq͡ȝ
equitate subnixā: agnoscētes pre-
dictas ipsorū archiepōrū/ epōrū:
ceterorūq͡ȝ prelatorū ⁊ virorum ec-
clesiasticorū nostrorū regni ⁊ del-
phinatus deliberationes et con-
clusiones gratas et acceptas ha-
buimus ⁊ habemus: eisdēq͡ȝ con-
sensum nostrū regiū prebuimus
⁊ prebemus p p̄sentes. Volētes ⁊
ordinantes oēs ⁊ singulas deli-
berationes et ꝯclusiones p̄decla-
ratas i nostris regno ⁊ delphina-
tu/ ceterisq͡ȝ dominiis ꝑpetuo te-
neri: atq͡ȝ inuiolabiliter obserua-
ri: suumq͡ȝ p'enū ⁊ integrū a[a] d'e
date presentiū penitus sortiri ef-
fectū/ absq͡ȝ alia publicatiōe[b] seu
ꝓmulgatione. Et nihilominus
publicari[c] ⁊ inter regias et del-

5 Constitutio principis qn̄ ligat.

regis: p̄sertim vbi agitur de vtili-
tate reipu. auf. habita. ⁊ ibi Bal.
C. ne fil. p patre. faci qd̄ habetur
xcvj. di. duo sunt. in. c. non est. de
vo. qd̄ legit et no in. c. I archiepā
tu. de rap. quod
no. Panor. in. c.
ij. de iudi.
a ¶ A. inclusiue
ponit. ⁊. §. decol
la. c. j. §. insuper
in. l. pater. ff. de
adul. C. de ad-
uo. di. iud. l. post
duos. C. de nup.
l. a caligato. ⁊ ibi
Cy. ⁊ doct. xcix.
dist. a subdiaco
no. Aliquādo su-
mitur exclusiue
de exce. pia. li. vj
c. statutum. de p̄
ben. eodē lib. et
ibi doctores. Ar-
chidia. in. c. j. de
cle. eo. lib. Joā.
and. in cle. sicut.
de app. ⁊ ibi mo
der. Oldra. con
si. xlix.
b ¶ publicatio
ne. Sed obst. in
aut. vt fa. no. cō.
coll. v. vbi [3] cōstitutio non ligat
nisi post publicationē. c. nouerit.
de sen. excō. §. de ꝯcubi. c. j. in pn.
als multi ignorantes artarētur
qd̄ esset iniquū. c. ij. c. fi. de consti.
quinimo ante publicationē non
ligaret etiā scientes. l. j. §. fi. ⁊ ibi
Bald. C. de cad. tollen. dic ꝙ vbi
cōstitutio principis non apponit
tēpus post cuius lapsum vult li-
gare: tunc habēt locū cōtra, vt nō
liget nisi post tempus a iure limi-
tatū: sed vbi apponit tēpus post
cuius lapsum vult ligare: stādū

est tēpori determinato. c. cū sing-
de prebē. li. vj. adeo ꝙ si ꝯstitutio
dicat ꝙ ex nūc vult ligare absq͡ȝ
alia publicatione q' imediate li-
gat vt hic. vide in ex. ad reprimē-
dā. coll. xj. Bar.
in. l. oēs populi.
ff. de iusti. et iu.
qd̄ itelligere spe-
ctu irritationis
actus non autē
pene: qꝛ absur-
dum esset ad pe-
nā ligari igno-
ratem. d. c. ij.
hoc glo. in cle. ij.
de here. in ver si.
ex nunc. ⁊ i n. c. j.
de concess. pre-
ben. in. vj. in ver
sicu. referri. not.
Paul. in clemē.
j. de electio. glo.
in pro. cle. in ver
sicu. decetero. et
ibi moder. do-
cto. in. d. c. ij. vel
dic ꝙ vbi con-
stitutio est sole-
niter edita per
principē in cōci-
lio populi ⁊ pro
cerū, de qua so-
lennitate habet in. l. humanū. C.
Testamentum cōtra iuramentū factū tenet.in.§.ij.de ele.gl.i ℣.vtiliorem. fo.xxxviij.

Testis.

Si p̄ducēs falsos testes sit ꝯdemnat⁹ de falso an ex hoc sequat q̄ testes sint falsi.i.§.itē placuit.de colla.gl.in ℣.ordo. fo.cxiij.

Si testis deponit q̄ titi⁹.x.annis continue possedit: qualiter intelligitur continue.in.§.j.de cau.gl.i ver.ingiter. fo.cxxxvij.

Theologia.

Usurpatio.

Utilitas.

Uxor.

Zelus.

¶Finis tabule copiose materiarum que in glossis Pragmatice Sanctionis reperiuntur.

Congeries vocabulorum.

Abbas.
Absens.
Absolutio.
Abusus.
Adam.
Administratio.
Aduentus.
Adulterium.
Aduocatus.
Alternatiua.
Ambassiator.
Ambitio.
Annate.
Annus.
Appellatio.
Arbitrator.
Archiepiscopus.
Architector.
Argumentum.
Auaritia.
¶ Baccalarius,
Baptismus.
Basis.
Baro.
Bastardus.
Benedictio.
Beneficium.
Beneficiatus.
Brachium.
Britannia.
¶ Campana.
Camerarius.
Cancellarius.
Canonicus.
Cantus.
Capitulum.
Capellania.
Caputium.
Cardinalis.
Carcer.
Caritas.
Casus.
Cautela.
Cessatio.
Chorus.
Citatio.
Ciuitas.
Ciuis.
Clausula.
Clericus.
Cimiterium.
Coadunatio.
Coadiutor.
Collatio.
Collegium.
Commenda.
Commessatio.
Conceptio.
Consiliarius.
Consilium.
Conatus.
Concubinarius.
Concubina.
Concubinatus.
Confessio.
Confirmatio.
Comminatio.
Conquestus.
Conscientia.
Consuetudo.
Contestatio.
Continentia.
Contractus.
Controuersia.
Conuenticula.
Corona.
Corpus.
Creditor.
Correctio.
Constitutio.
Cultus.
Curatus.
Curia.
¶ Data.
Decretum.
Decanus.
Decima.
Declaratio.
Defensio.
Delictum.
Delphinus.
Delphinatus.
Deuotio.
Deus.
Dictio.
Dies.
Dieta.
Dignitas.
Dilatio.
Dilectio.
Dispensatio.
Distributiones.
Doctor.
Dominus.
Domus.
Donatio.
Dos.
Dux.
¶ Ecclesia.
Electio.
Emolumentum.
Episcopus.
Equitas.
Exactio.
Excōicatio.
Excōicatus.
Examen.
Executor.
Exemptio.
Exemptus.
Exhibitio.
Experientia.
Expense.
Extrauagans.
¶ Fabrica.
Falsitas.
Fama.
Familia.
Feudum.
Fides.
Filius.
Firmarius.
Florenus.
Fornicatio.
Francia.
Francum.
Fraternitas.
Frequenter.
Fructus.
Fugere.
Furtum.
¶ Gennus.
Glossa.
Gratia.
Graduatus.
Gregorius.
Guerra.
¶ Hereticus.
Hymnus.
Homo.
Honor.
Hora.
Hospitalitas.
Hospitale.
¶ Imperium.
Imperator.
Impedimentum.
Indignus.
Iniuria.
Immunitas.
Institutio.
Instrumentum.
Interdictum.
Intrusus.
Inuentarium.
Inuestitura.
Irregularitas.
Iudex.
Iuramentum.
Iurgium.
Iurisditio.
Iustitia.
Ius.
Italia.
Iuuenis.
¶ Kalendas.
Karolus.
Kyrieleyson.
¶ Legatus.
Lex.
Liber.
Libere.
Liberalitas.
Libra.
Licentiatus.
Limites.
Litera.
Loquela.

In tabula pragmatice positorum.

¶ Finis.

¶ Petrus cãbafort in precedens repertoriũ Pragmatice Sanctionis ab eo collectum.



Quoniam assidua inuestigatio textuum et glossarum: omissa multiplicitate scribentium exosa: intelligentiam vtriusqȝ cẽsure ad portũ salutis in digestione iurium inducit. Cum propter diuersas ⁊ dissonantes doctorum opiniones totũ pene ius obtenebratũ sit. fa. qd dicit Goffre. in summa decre. in prin. ⁊ glo. in §. j. de col. j. in ff. variarum. studio laudis quisqȝ cupiens incendi stimulo naturali: vt dicit Cice. j. officiorum de q̃ Barba. i repet. c. raynutius. de testa. fo. xcij. ⁊ fa. gl. i. §. ita tamen. de col. j. in ff. honorum. cũ occupatio ingenij studio seduli circa tex. primeua via: ⁊ inde ad glossas animaduertere debeat: vt hr̃ in preceptis de mod. legẽ. c. xij. fa. qd dicit Ang. are. i. §. q̃drupli. de actio. xj col. Nõ dimittẽdo viã antiquã q̃ illuminati sumus p vias exq̃sitas: vt voluit Sali. in. l. rẽ nõ nouã. in pn. C. de iudi. Cũ igr̃ his diersũ curriculis hoc dogma sanctũ cõcilium basiliense cũ aduisamentis eccl̃ie gallicane spũsctõ fulcitũ. fa. §. j. c. de auto. ⁊ pote. sacro. 9ci. j. qd pragmaticã sanctionẽ i hoc sacro regno frãcie ⁊ delphinatu vsu loquẽdi nũcupamus. sicut tex. in §. j. in 9clusione eccl̃ie gallicane. j. incipiẽs. demũ norma veritatis in rebus foro poli pagẽdis ⁊ iure fori placẽtandis corã quouis iudice existat: vt pulsis pcul hodie ignorantie ⁊ errorũ tenebris: lumẽ pclarissimũ in hac monarchia circũfulciat. fa. §. qbus in proe. j. Sup qua fulgidus vir iuriũ famosissimus interpres Colmas Guymier cõmẽtariũ floridũ glosse noaster digeste verbis tex. latere suo correspondens in multiplici eloquio non insistens: sed stilo breuiloquo materias que diffulo vestigio coadunate sunt: diruptis nebulis claritate solis in paucis 9cludẽs. fa. qd dicit Pań. i pmoe. decre. ij. col. vigiliarũ sudore distribuit. In qua speculatiuo calami tractu et actu practico: et qd de stilo ⁊ consuetudine p ipm descriptis tota francie monarchia obseruet virtute animi hoc insinuat. Quẽ ob laudes eius nõ minimas tãtiqȝ virũ circa rẽ publicã clarũ extollere possumus. fa. §. fi in pe. insti. et. l. j. C. de assesso. glo. in §. ita tñ j. de col. in verbo honorũ. Occurrẽs ergo hoc in signe dicti guymier opus memorie pẽna ãseris put tenuitas igenioli patitur: vt via apertior succurrat ad inueniẽdũ qd ille memorat⁹ senserit in discursu sue pretacte glosse. ⁊ qd sacra synodus intelligat nõ olbus manualis. Ego petrus cãbafort: in decretis licentiatus oriundus oppido de aurillaco in aluernia alta precedens Repertoriũ pro via alphabetica de olbus inibi descriptis distracto animo nihil omittens: ⁊ repetit ũ (qd raro accidit) diuersis quoties subiungens q̃tum vires suffecerũt p modulo ingenij extraxi. Et cũ deduxerit materias ad textũ huius sancte synodi sonantes sua verba accõmodans materie subiecte ⁊ nõ peregrine iuxta no. in ca. nã cõcupiscentiã. de consti. ⁊ in. c. rogo. xj. q. iij. ⁊ no. Ang. are. in §. j. de leg. j. co. ⁊ in §. j. ⁊ cũ eo qui. ij. col. ⁊ in rub. de x expe. ⁊ tẽp. actio. fa. glo. in §. iubet. j. de cõcubinarijs. in verbo monet. hoc Repertorium erit applicabile textui ⁊ glosse.

¶ Index alphabetic⁹ et artifi.iosus/copios⁹ Appēdices Sāctionis Pragmatice margineas/multasq illis adiectas cō prehēdens ab innumeris mēdis qb⁹ hacten⁹ scatebat repurgat⁹. In quo prior numer⁹ folia: alter vero sedem ad calculum notat.

¶ Finis indicis alphabetici questionum marginaliũ Pragmatice Sanctionis.

¶ Joannis Chappuis in superiorem Pragmatice Sanctionis indicem ab eo compaginatum tumultuaria enucleatio.



Indicẽ huiuscemodi serie alphabetica cõpactũ/si quispiã haud segniter scrutabit/rectiusqȝ cõspiciet ocellis:vir qcqȝ mẽtevolutabit/qn hic inox in promptu adinueniat. Plures pter annotatiũculas e regiõe glossarũ locatas reperiunt: snie:ad quaȝ latibula facili ducere semita/singula si fo lia numero signata paucti diligẽti⁹ obseruaueris.Necqȝ to tã interim arithmeticã p expetita materia in quotationib⁹ marginalib⁹ cogeris plustrare:vnũ em̃ qdqȝ foliũ suos hȝ nũeros nõ vltra pgrediẽs. Si th inter legẽdũ eãdẽ varijs locis:diuersoqȝ sub grãmate snias offen deris:id nõ ab re factitatũ putato/cũ discrepãtes sint hoim ̃ccept⁹: qtqȝ capita/tot sensus.Euenit siquidẽ vt qð sub alpha venat vn⁹ : alter sub o piscet.Elaboratas insup sententiarũ ipsarũ sedes charissime lector si lu bet pfundius ruspare:t quotquot legeris(citra iactantiã dixerimus)ins dices huic nostra opinione spectabis lõge absimiles.Exactissimã deniqȝ totius opusculi tam in textu qȝ glossemate castigationẽ si hec cũ priorib⁹ ̃feratur impressionib⁹/quisqs hicverlaberis/̃perics.Si vera fatemur: inter studẽdũ agnosces.Uale.Et directorẽ si qd notatu dignũ repereris: tuis dignator pcib⁹:vt cũ aura vesci desierit etherea:btis potiat sedib⁹.

Stet liber hic/donec fluctus formica marinos
Ebibat/t totum testudo perambulet orbem.

¶ Huic perutili opusculo qð excudendũ curauit honestus vir Antonius Uincentius imposita est extrema manus Lugduni apud Mathiam bonhome calcographum:anno publice salutis. M.ccccc.xxxviij.mensis Januarij die.ix.

Registum.

a b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q r.s.t.v.x.y.z.A.B.C.D.E.F.G.H.I. K L.M N.O.P.Q.R.Oẽs sunt quaternioẽs:dẽpto R q est duernio.


A.VINCENT.

Concordata.

CONCORDATA inter Sanctissimum Papam Leonem decimum & Christianissimū Francorū regem Franciscum huius nominis primum inita/per Lateranense Concilium approbata & promulgata/ac in omnibus Franciæ & Delphinatus tribunalibus lecta/ publicata & registrata:per titulos & Rubricas nuper digesta/ cum Summarijs & Concordantijs Pragmaticæ Sanctionis/Ordinationum regiarum Ludouici XII. atq; regularum Cancellariæ Apostolicæ / vnà cum marginalibus Adnotamētis per numeros aptè distinctis / acperutili Tabula diligentius restituta.

¶ Additus est præterea textus Pragmaticæ Sāctionis beati Ludouici Frāciç regis.

In domino Confido.

A.Vincent.


¶ Fragrius Jurium studiosis. S.



PRodisit toties Concordatorum libellus mire fecūdus, ac vobis supramodum cōducibilis, adsutus Pragmatice Sanctioni velut pedagogus discipulo, hac puto ratione, quod hactenus a nemine: qui Commentatorum munus obeunt, fuerit interpretatus, iusti voluminis ac nostre cōmoditatis posthabentes modum. Hunc his diebus, dum hic ageremus: ut expeditiorem, maiorisq; utilitatis vobis impressores redderēt: Titulos curauimus atq; quicquid est Annotationum diligentius suis locis respondere: et sicubi scrupus inerat, adiuimus huius professionis Apollines, qui oracula referarent. Promiserant dudum nōnulli, doctissimi sane viri, suas in hunc vigilias edere, si quando ad prescriptū Horatianū apud se maturuissent: sed interim morte occupati, nec adhuc Elephantus peperit, opus linquētes crudū & imperfectum. Quidam etiam altioris paulum note rumorem disseminarant, se iam paratas habere Glossas: sed rapti maioribus & publicis curis, laborem hunc tam sanctum aliis ex integro prebuerunt: e quibus vnus est, interim anonimus (ne tandiu vestrē bone spes deludantur) qui toto mentis impetu huic honestissime rei nauat operam, ex classicis autoribus Commentarios apparans: quos commodum euulgabit. Vos interea textum hunc optime castigatum suscipite, et ediscite: vt si quando glossemata exeant (quod futurum est) promptissimam omnium habeatis lectionem. Valete.



In nomine domini nostri Jesu xpi. Concordata inter sanctissimum dominum nostrum papam Leonem decimum. Et christianissimum Franciscum huius nominis primum Francorum regem vicem seu locum pragmatice sanctionis obtinentia per Lateranense concilium auctorizata lecta et publicata ac in omnibus curiis parlamentorum et aliis inferioribus registrata feliciter incipiunt.



Franciscus dei gratia Francorum rex: Mediolani dux: Astensis comes: ac Genue dominus omnibus literas has lecturis salutem.

¶ Summarium.

¶ Describitur ibi qualiter (ad fines de viribus pragmatice sanctionis discernendi) Ludouicus rex, et multi alii regni maiores olim vocati fuere ad generale Lateranense concilium. Post cuius decessum rex Franciscus primus ad illud vocatus fuit. Necnon ibi demonstratur quare de auctoritate dicte pragmatice sanctionis concordandum erat. Et quare ipse Franciscus Bononiam iuerit. Et quid ab ipso Lateranensi concilio obtinuerit. Ac etiam ibi describitur quid de tit. elec. statutum et ordinatum fuerit.



Cum non pridem superstite adhuc Ludouico memorie commendabilis rege socero nostro cuius anime propitietur altissimus (Sacrum lateranense concilium sepius edictis decretis Eundem socerum nostrum ad eiusdem concilii conuentum euocasset. Cum eoque regni nostri curias summas (quas parlamentarias vocamus) ecclesiam insuper vniuersam Gallicam / cunctasque regni nostri gentes / Delphinatusque nostri potentatus admonendosque censuisset: vt si quid auctoritatis pristine afferre / Siqua iura iicitare. Si rationes consentaneas palam edissere posse considerent: quominus sanctio pragmatica eiusdem concilii auctoritate ac sententia antiquaretur: abrogaretur: induceretur / irritaque etiam nulla pronuntiaretur: et scismatica id infra diem dictis decretis prefixam efficerent: quo neglecto / talis denique (sacro approbante concilio) decerneretur.

¶ Dudum autem statimque nobis diadematico fastigio diuina benignitate / auctisque regnumque auspicato ineuntibus. Cum rursus huiuscemodi edicta alia atque alia cadem auctoritate manantia nobis innotuissent. Nos bis etiam nostrisque curiis ecclesie gallicane / ac subditis populis edicto nouissimo ac cause per emptorio spes omnis esset purgande more precisa: vt si vlterius cunctari in animum induxissemus: futurum omnino videremur in hec discrimina incidere: que ante dicte pragmatice sanctionis decretum: hoc est in regno nostro patriaque Delphinali locum sibi vendicabat. ¶ Ideo nos aio reputates quantos olim (ante illius pragmatice sanctio-

nis promulgationē) indignitas
reruȝ: ac deformitas in regno no
stro: patriaꝙ Delphinali graua
retur: cum videlicet res numma
ria (quibus veluti neruis res pu
blica subnixa est) ea maxime ac
precipue ratione exhaurir[e]tur.
cum presulib⁹ et antistitibus sa-
cerdotiorum conferendorum li-
bertas facultasꝙ adimeretur: cū
peregrini et incole sacerdotijs
Gallicis sepenumero donaren-
tur cum duplomatibus apostoli
cis: quas expectatiuas nuncupa
bant generatim sigillatimꝙ su-
perstitum hominum spirantiūꝙ
sacerdotia electiua: mixta: ac col
lectiua in diem mortis eorum cō
ferrentur qui eis fungebantur.

1 Quale queseq̄ dabātur ex eoꝙ lites in Ro. curia nō in re-gno vētilabātur.

Id quod cum bonis moribus nō
conuenit. Cum vero alieni facti
votum habet adiunctum. ¶ Po
stremo cum sacerdotiorum con-
trouersie: litesꝙ [1] sacre in curia
Romana disceptarentur: ingen-
ti nostrorum hominū dispendio:
et in commodo: ex quo sequi ple
rūꝙ necesse erat vt qui vel sum-
ptibus suppeditare/vel labori
sufficere nequirēt: hi aut iuri suo
cedere: aut causas deserere ac p
derelictis haberentur.

2 Papa seu Lateranē. se cōcilium indulsit regi francie vt conuenta quedā faceret que locuȝ seu vicem pragmatice sanctionis cōtinerēt

¶ Simul ea accedebat deformi-
tas: vt literarum studiosi: ꝛ disci-
plinis liberalibus incumbentes
aut sacerdotia adspici nequirent:
aut qui adipisci cuperent litera-
rum studium abiūcere: aut certe
deponere cogerentur. Passimꝙ
per vrbes errabunde vagari: vt
id periculum imminere videre-
tur: ne literarum tandem amor ꝛ
scientia per incuriā exolescerent.
¶ Cum igitur summopere nobis
videndum esse existimaremus:
ne huiusmodi indignitas in re-
gno nostro exoriret: id quod fu-
turū intelligebam⁹ tempori vtiꝙ
inseruienduȝ esse duximus: ac re
bus nostris periclitantibus pro
re nata consulendum imminen-
tiaꝙ detrimenta minore ac leuio
ri dispendio redimenda. Quare
cum bononiam cuȝ omni nostro
comitatu venissemus: exhibende
gratia reuerentie sanctissimo pa
tri nostro Leoni decimo pontifi
ci summo: quam ei Francię re-
ges maiores nostros vt primos:
ac maximos sacrosancte ecclesie
filios exhibuisse nouimus: obni-
xis precibus ab eo contendimus
vt si pragmatice nomen omnino
esset abrogandum saltem vice il
lius bona sua consiliūꝙ venia:
certas nobis leges cōditionesꝙ
meditari comminisciꝙ liceret:
quibus imperium nostrū supra-
dictū imposterū vteretur. Quod
ad ea quidem pertinet que san-
ctione pragmatica cauebantur:
quibus nostris precibus exora-
ta pontificis sanctitas (nam ei
quoꝙ cordi erat regni nostri ec-
clesiam recte atꝙ ordine admini
strari) haud egre nobis indulsit.
Ut conuenta [2] quedam nobis
meditari commentariꝙ liceret
pragmatice sanctiōis vicem. Re-
gno ac potētatui supradicto vti-
ꝙ prebitura: que eiusdē ipsa con
siliū auctoritate assensuꝙ confir-
marētur: quam homologationeȝ
vocant: cum irritante decreto hu
ius cōmentationis curam. Cum
sua sanctitas: et nos mandauisse
mus viris quibusdam consultissi
mis; ita confecta tēperataꝙ sunt
ea conuenta: vt pleraꝙ pragma
tice sanctionis capita firma no-
bis posthac rataꝙ futura sint.
Qualia sunt ea que de reserua-
tionibus/in vniuersum aut sigil-
latim factis statuunt: de colle-

ti omnibus. [r] de causis. de frustratorijs appellationibus: de antiquatione constitutionis clementine quam literis vocant: de sibere quieteque possidentibus: de concubinariis. Quedamque alia quibus nihil his conuentis derogatum abrogatumque fuit: nisi in quibusdam capitibus nonnulla interpretanda immutandave censuimus: quod ita referre vtilitatis publice arbitraremur.

¶ Quod vero ad electiões pertinet: minime quod optamus obtinere potuim⁹: causis in dictis conuentis latissime insertis. Ac nihilo secius: tamen cum ab eiusdem pontificis sanctitate dilationem semestrem impetrassemus his rebus transigẽdis: super hisque viros multos doctrina eximia literarũque peritia preditos: vsuque rerum callentissimos cõsuluissemus: tandem de eorum sententia (quoniã ita ferebat ratio) difficultasque temporis rerumque nos circunstãtium necessitas sepedicta conuenta in regno nostro ac delphinio promulganda censuimus. Ita vt sanctionis vicem instarque plenum habeant. Quorũ conuentorũ seu approbationis cõsilij tenor sequitur: et est talis.


¶ De approbatione conuentorũ per Lateranẽ. concilium facta.

¶ Summarium.

¶ Describuntur ibi rationes et cause quare Leo papa decimus de effectu pragmatice sanctionis cum Francisco primo Frãcorum rege conueait. Et quomodo pro bono pacis et concordie ecclesie Romane: certe leges constitutiones que edite per ipsũ regem: atque passate fuere per Lateranẽse concilium: in locum pragmatice sanctionis.

¶ De quib⁹ pace et cõcordia etiã habetur in extrauagãti Sixti quarti que incipit ad vniuersalis ecclesie. de treug. et pa. Et in glos. quatuor. ✠. q si quis. el. j. circa finem. de colla. in pragmatica sanctione.

Ista sũt capitula pragmatice sanctionis quibus nihil derogatũ est per pape et regis cõuẽta.



Leo episcopus seruus seruorum dei. ¶ Ad perpetuam rei memoriam Sacro approbante cõcilio diuina disponente clementia: per quam reges regnant: et principes imperant: in eminẽti apostolatus specula et super gentes et regna meritis licet imparibus constituti animo reuoluentes: quod ita ea que pro salubri et quieto regimine regnorum: et ad pacem et iustitiam populorum perpetua eorundem regnorum stabilitate: regibus: presertim de fide catholica: et de re publica christiana: et apostolica sede benemeritis laudabile et prouida nostra ordinatione cum venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus concessa: ac ad effectum huiusmodi gesta: statuta: ordinata: decreta: facta ve sunt plenam roboris firmitatem obtineant: illis nihilominus interdum (sacro approbante concilio) nostre innouationis et approbationis robur adijcimus: vt eo firmius illibata perdurẽt quo sepius erunt nostra auctoritate: ac etiam generalis concilij presidio communita: efficacemque operã circa eos

eandem conseruationem libenter adhibemus: vt reges et ipsorum regnorum pei sone concessionibus: priuilegiis statutis ordinationibus/huiusmodi in domino plene gaudentes in pacis: et tranquillitatis ac amenitatis dulcedine conquiescant: et in eorum solita erga eandem sedem deuotione feruentius perseuerent.

1 Quare parochie et dioceses per vniuersum orbem distincte fuerūt.

¶ Nuper siquidem (vt ecclesia sponsa nostra in sancta vnione conseruaretur: et per christi fideles sacris canonibus a romanis pontificibus et sacris generalib9 conciliis dumtaxat editis vterentur (quasdam constitutiones) quas de cetero loco pragmatice sanctionis et contentorum in ea in regno francie pro bono pacis et concordie ac illius communis et publica vtilitate) cum charissimo in christo filio nostro Francisco Francorum rege christianissimo dum Bononie cum nostra curia essemus tractatas: et cum eiusdem fratribus nostris diligēter examinatas. et de eorum consilio cum prefato rege concordatas: et per ipsius legitimum procuratorem acceptatas de eorundem fratrum consilio et vnanimi consensu statuimus et ordinamus: prout in nostris litteris desuper confectis plenius continetur: quarum tenor sequitur/et est talis.

Vepres prorsus tollere debent q̄ vnionē ecclesie obsistunt et segetes pullulare non sinunt.

¶ De constitutionibus.

¶ Summarium.

¶ Traduntur ibi papales rationes: synodalesque constitutiones: quas Leo papa decimus ex deliberatione generalis concilii Lateranen. in regno frācie vice pragmatice sanctionis inuiolabiliter vult obseruari: quarum alique sunt de titu. electionis et postulationis derogationei aliique de p̄sentatio. et institutio. et c. prout in sequentibus continetur.



Leo episcopus seruus seruorum dei.

¶ Ad perpetuam rei memoriam. Primitiua illa ecclesia in angulari petra saluatore nostro Jesu christo fundata apostolorum preconiis elata: martyrumque sanguine cōsecrata: et aucta olim vbi primū (iuuante dño) p orbē terrarū lacertos mouere cepit, prouide attēdēs quātum oneris humeris impositum haberet: quot oues pascere: quot custodire: ad quot etiam remotissima loca oculos intendere cogeretur: diuino quodam consilio Parochias(2) instituit: Dioceses distinxit: Episcopos creauit: et Metropolitanos prefecit: vt tanq̄ membra capiti obsequentia cuncta secundum eius volūtatem salubriter in domino gubernarent: et tanq̄ riuuli a perenni fonte Romana videlicet ecclesia deriuantes ne angulum quidem dominici agri irrigatum dimitteret.

¶ Unde sicut alii Romani pontifices predecessores nostri suo tempore omni studio curarunt: vt dicta ecclesia vniretur: et in sancta vnione huiusmodi sine ruga et macula conseruaretur: et omnes[3] vepres ab eadem ecclesia abolerentur; cuius proprium est (diuina opitulāte gra-

tia) virtutes colere: et vitia radicitus extirpare. Ita et nos (tempore nostro et presenti durante concilio) ea facere et curare debemus que vnioni et conseruationi eiusdem eccl'e esse conducere videantur. Ea propter omnes vepres que vnioni huiusmodi obsistunt: et segetem domini pullulare non sinunt: tollere penitus et extirpare: ac virtutes in viam domini inserere satagimus. Sane inter archana mentis nostre reuoluentes q tractatus inter pie memorie Pium secundum. Sixtum quartum. Innocentium octauum. Alexandrum sextum. et Julium secundum Romanos pontifices predecessores nostros: et clare memorie reges Francie christianissimos super abrogatione certe constitutionis in dicto regno Francie vigentis que pragmatica vocatur habiti fuerunt Et licet Pius secundus prefatus nuntijs ad clare memorie Ludouicum [1] Undecimū Francie regem christianissimum destinatis tantis eidem persuaserit rationibus: vt rex ipse pragmaticam sanctionem huiusmodi tanq̃ in seditione et scismatis tempore natam suis patentibus literis abrogauerit: tamen huiusmodi abrogatione etiam litere apostolice prefati Sixti super concordata cum oratoribus prefati regis Ludouici ad prefatum Sixtum predecessorez destinatis habita expedite per prelatos et personas ecclesiasticas dicti regni recepte non fuerunt. Nec ipsi prelati et persone ecclesiastice illis parere / nec monitis Innocentij / et Julij predictorum aures prebere: sed eidem pragmatice constitutioni inherere voluerunt. Unde prefatus Julius predecessor in presenti concilio Lateraneñ. vniuersalem ecclesiam representante cum legitime in dicto abrogationis pragmatice sanctionis huiusmodi negotiuz et illius discussionem venerabilium fratrū suorum Cardinalium (de quorum numero tunc eramus) et aliorum prelatorum congregationibus relationemq̃ discussorum sibi et eidem concilio faciendam commisit. Gallicosq̃ [2] prelatos capitula ecclesiarū et Monasteriorum conuentus ac Parlamenta et laicos illis fauentes cuiuscunq̃ dignitatis: etiam si regalis existerent: sanctione predicta vtentes seu illam approbātes: omnesq̃ et singulos alios sua communiter vel diuisim interesse putantes: per edictum publicum (cum ad partes illas tutus non pateret accessus) in certis ecclesijs tunc expressis affigendum: moneri et citari infra certum competentem terminum prefigendum ad comparendum coram eo in concilio prefato causasq̃ dicendum: quare sanctio prefata in concernentibus auctoritatem: dignitatem et vnitatem ecclesie Romane et apostolice sedis sacrorumq̃ canonum et ecclesiastice libertatis violationem nulla et inualida declarari: decerni: et abrogari non deberet.

¶ Et cum super his in forma iuris in prefato concilio Lateraneñ. procederetur: dictusq̃ Julius predecessor (sicut dño placuit) rebus fuisset hūanis exēpt⁹.

1 Rex ludouic⁹ xj. sua sione Sixti quarti pōtifi. nisus ē abrogare pragmaticā sanctionē.

2 Gallici prelati capitula et cōuent⁹ eccle= siaꝝ ac parlamenta ceteriq̃ laici citati fuerū: vt corā romano pontifice et cōcilio lateraneñ. cōparerent dicturi cās etc.

Nosq; (diuina fauente clementia) ad summi apostolatus apicem assumpti fuissemus: & contra Prelatos/Capitula/cōuentus & personas huiusmodi ad nonnullos actus processissemus: tandē considerantes pacem esse vinculum charitatis: & spiritualem virtutem qua saluamur: dicente domino. Qui biberit aquam quam ego dabo ei bibere: non sitiet in eternum.

¶ Et quod in pace cōsistat salus vniuersorum Cassiodoro testante. Omni quippe regno desiderabilis debet esse tranquillitas: in qua et populi proficiunt: & vtilitas gentium custoditur matura deliberatione cognouimus: non per nūtios aut legatos nostros/ sed in prestatione obedientie filialis: quam charissimus in christo filius noster Franciscus francorum rex christianissimus personaliter nobis prestitit: hec cum maiestate sua coram discutere eumq; paternis hortari monitis vt ad laudem dei et sui honorem prompto animo libens ac volens dicte pragmatice sanctioni abrenuntiaret. Et secundum leges sancte Romane ecclesie quemadmodum ceteri christiani viuere: ac mandatis apostolicis que a sede apostolica pro tempore emanarent parere et obedire vellet.

¶ De electionis & postulationis derogatione.

¶ Summarium.

¶ Rationibus subdicendis titu. de electione & prelatorū postulatione sublatus fuit. Et Franciscus primus Francorum rex leges et constitutiones infrascriptas in locum pragmatice sanctionis acceptauit.



Et cum ex electionibus que in ecclesiis cathedralibus et metropolitanis ac monasteriis dicti regni a multis annis citra fiebant grandia animarū pericula prouenirent. Cū plerisq; per abusum secularis potestatis/ Nonnulle vero precedentibus illicitis et simoniacis pactiōib⁹. Alie particulari amore & sanguinis affectione: et non sine periurij reatu fierent. Cum electores ipsi etiam si ante electionem per eos faciendam idoneiorem: & non eum quem promissione aut datione alicuius rei temporalis: seu prece vel precibus per se: vel alium interpositis: electionem procurare didicissent eligere sponte iurarent iuramentum huiusmodi non seruarent: sed contra proprium huiusmodi iuramentum in anime sue preiudiciū venirent: vt nobis notorie constat: ex crebris absolutionibus & rehabilitationibus a nobis et predecessorib⁹ nostris petitis & obtentis.

¶ Idem Franciscus rex nostris paternis monitis tanq̄ ver⁹ obedientie filius parere volens: tam pro bono obedientie: in qua magnum meritum vere consistit: q̄ pro communi et publica regni sui vtilitate in locum dicte pragmatice sanctiōis: ac singulorū capitulorum in ea contentorum leges: et constitutiones infrascriptas inuicem tractatas: & cū fratribus nostris sancte Roma. ecclesie cardinalib⁹ diligenter exa-

minatas: ⁊ de eorum consilio cū prefato rege concordatas: per di lectum filium Rogerium barme regium aduocatum oratorē suū: ad hoc ab eodem Francisco rege ad nos destinatū habentem ad hoc speciale et sufficiens manda tum acceptauit.

¶De presentatione ⁊ institutio ne prelatorum.

¶Summarium.

¶Infra semestre tempus regis Francorū intererit summo pon tifici ad ecclesias Cathedrales metropolitanas/Et monasterio rum personas idoneas presen tare. Quod si non fecerit: vel non idoneum presentauerit adhuc habet trimestre tempus in quo si defecerit vel contingat huiusmo di ecclesias in romana curia va care: sedes ipsa apostolica cnō ex pectata ipsi⁹ regis p̄sentatione) libere prouidebit. hoc dicit cū.§. monasteriis vero. decernēdo ele ctiones et il'arum confirmatio nes aliter ⁊ alias fiendas irritas ⁊ inanes.



E eorundem fratrū consilio: et vnani mi consensu: ex cer ta nostra scientia: ⁊ potestatis plenitu dine: statuimus et ordinamus: qđ de cetero perpe tuis futuris temporibus loco di cte pragmatice constitutionis: ac omnium ⁊ singulorum capitu lorum in ea contentorum: vide licet/vt de cetero cathedralibus ⁊ metropolitanis ecclesijs in re gno dicto: delphinatu et comita tu dieñ ac valentineñ nunc ꝑ pro tempore etiam per cessionem in manibus nostris et successorum nostrorum Romanorum pontifi cum canonice intrantium (spon te factam) vacantibus illarū ca pitula ⁊ canonici ad electionem seu postulationem inibi futuri prelati procedere non possint. Sed (illarum occurrente huius modi vacatione) rex Francie pro tempore existens: vnum grauem magistrū seu licentiatū in theo logia: aut in vtroq; iure altero iu rium doctorem: aut licentiatum in vniuersitate famosa: ⁊ cum ri gore examinis/et in vigesimo se ptimo sue etatis anno ad minus cōstitutū: et aliās idoneū: infra sex menses: a die vacationis ecclesia rum earundem cōputandos: no bis ⁊ successoribus nostris roma nis pontificibus: seu sedi predi cte nominare: ⁊ de persona per regem huiusmodi nominata per nos ⁊ successores nostros/seu se dem predictam prouideri.

¶Et si contingeret prefatum re gem personam taliter non quali ficatā ad dictas ecclesias sic va cantes nominare: nos ⁊ successo res seu sedes huiusmodi de per sona sic nominata eisdem eccle sijs minime prouideri debeat: Sed teneat idem rex infra tres al[illegible] menses a die recusationis persone nominate non qualifica te sollicitatori nominationem,nō qualificatam prosequenti consi sti-[illegible] aliter facte intimande com putandos) alium supradicto mo do qualificatum nominare. Alio quin (vt dispendiose ecclesiarum huiusmodi vacationi celeriter consulatur) ecclesie tunc sic va canti per nos et successores no stros seu sedem huiusmodi de p sona (vt prefertur) qualificata.

¶ Necnon per obitum apud sedem predictam vacantibus sempei (nulla dicti regis precedente nominatione) libere prouideri possit. ¶ Decernentes electiones contra premissas attentatas ac prouisiones per nos et successores nostros seu sedem huiusmodi factas nullas et inualidas existere.

1 Cõsanguinei regis sublimes[que] psone atq[ue] mẽdicantes reforma ti, pñtari & istitui pñe ad platuras.

¶ Summarium.

¶ Regis cõsanguinei: sublimes[que] persone. Necnon religiosi mendicãtes reformati ex legitima causa in nominationis siue presentationis regis. Et pape literis institutionis exprimẽda (quacunq[ue] cõstitutione non obstante) ad dictas ecclesias admittentur.



Onsanguineis [1] tamen prefati regis ac psonis sublimibus ex causa rationabili & legitima in nominatione & apostolicis literis exprimẽda. Necnõ religiosis mendicantibus reformatis eminentis sciẽtie & excellẽtis doctrine: qui iuxta sui ordinis regularia instituta ad grad⁹ huiusmodi assumi non possunt: sub prohibitione premissa minime cõprehensis: sed de eorũ personis dictis ecclesijs pro tempore vacãtibus: ad dicti regis nominationem: per nos et successores nostros seu sedem huiusmodi libere prouideri possit.

2 c. q.[2] pter. extra de elec.

¶ Summarium.

¶ Iste § in principio istius tituli summatus fuit/ ideo ibi nõ indiget summario.


¶ Monasterijs vero & prioratib⁹ conuentualibus & vere electiuis: videlicet in quorum electionib⁹ forma. c. quia [2] propter. seruari et confirmationes electionum huiusmodi solenniter peti consueuerunt: in regno: delphinatu et comitatu huiusmodi: nunc et pro tempore etiam per similem cessionem vacantibus illorum cõuentus ad electionem seu postulationem abbatis seu prioris procedere non possint: sed idem rex (illorum occurrente huiusmodi vacatione) religiosum eiusdem ordinis in etate viginti triũ annorum ad minus constitutũ: infra simile tempus sex mensiũ a die vacationis monasteriorũ/ et prioratuum huiusmodi computandorum: nobis et successoribus nostris: aut se. d. huiusmodi nominare: et de persona per regem huiusmodi monasterio vacanti nominata per nos & successores nostros seu sedem huiusmodi prouideri. Prioratus vero persone ad illum per eundem regem nominate conferri debeat. ¶ Si vero eidem rex presbyterum secularem aut religiosum alterius ordinis: aut minorem viginti trium annorũ: vel alias inhabilem: nobis aut successoribus nostris (infra dictum semestre) seu sedi huiusmodi nominarent: talis nominatus recusari & nullatenus sibi prouideri debeat: sed rex ipse infra trimestre a die recusationis: supradicto modo intimande computandum: alium modo supradicto qualificatũ monasterio seu prioratui (tunc vacanti nominare) et de persona ad monasterium no

minata illi puidere: ad prioratus vero nominato prioratus ipse p nos & successores nostros seu sedem predictam conferri debeat. Alioquin (dictis nouem mensib⁹ effluxis) nulla seu de persona mi nus idonea & modo premisso nō qualificata facta nominatiōe: ac etiam vacantibus apud sedem predictam semper etiam) nulla dicti regis expectata nominatio ne: per nos & successores nostros seu sedem predictam monasteriis prouiderī: prioratus vero perso nis (vt prefertur) qualificatis dūtaxat conferri libere possint.

¶ Electiones autem & illarum confirmationes necnon prouisio nes/p nos & successores nostros ac sedem predictam ꝯtra premis sa pro tempore factas nullas irri tas et inanes esse decernimus.

¶ Summarium.

¶ Habentes priuilegium in eorum ecclesiis prelatum eligendi (dūmtamen de eorum priuilegiis fidem faciant) per premissa eligere non impediuntur secundum tenorem et formam eorum priuilegii. Et si formam nullam habeant: eo casu procedant secū dum tenorem. c. quia propter. ex tra de electio.




Er premissa tamen nō intendimus in aliquo preiudicare capitulis ecclesiarum et conuentibus monasteriorum & prioratuum huiusmodi priuilegia a sede apostolica proprium eligendi prelatum obtinētibus: quominus ad electionem episcoporum: abbatum & priorum iuxta priuilegia eis cōcessa libere pcedere possint: iuxta formam in eorum priuilegiis contentam.

¶ Et si in eorum priuilegiis forma aliqua expressa non fuerit: tunc formam concilii generalis c. q[1] propter. tantum seruare teneantur: dummodo de priuilegiis sibi concessis huiusmodi per literas apl'icas seu alias auten ticas scripturas docuerint: omni alia specie approbationis eis in hoc adempta. 1 De electione in antiquis.

¶ De collationibus.

¶ Summarium.

¶ Gratie expectatiue nec speciales vel generales reseruationes in regno francie non habent locum. De quib⁹ vide in pragmatica sanctione titu. de reserua. p totū & §. cui rei. & §. volens itaqꝫ. de colla. 2 Gratie expectatiue per hmōi concordata sūt dānate.



Olum⁹ quoqꝫ & ordinam⁹ q̄ hmōi in regno/delphinatu & comitatu pdictis de cetero non dent aliq̄ gre [2] expectatiue: ac spāles vel gn̄ales reseruatiōes ac vacatura bn̄ficia p nos & sedē predictā non fiāt: & si de facto per importunitatē aut al as a nobis & successoribus nostris & sede predicta emanauerint illas irritas & inanes eē decernimus.

¶ Summarium.

¶ Quocūqꝫ statuto nō obstāte se

di apostolice pmissum est in quibusuis ecclesiis nouum canonicum instituere et ponere. De quo vide in pragmatica sanctione. eod. titu. §. vlti.



In cathedralib⁹ tamen metropolitanis et collegiatis ecclesiis: in quarum statutis caueretur expresse: q nullus ibidem dignitatem: personatum: administrationem: vel officium: obtinere possit: nisi in illis actu canonicus existat: canonicos ad effectum (duntaxat) inibi obtinendi dignitatem: personatum: administrationem: vel officium huiusmodi: et non consequendi primam prebendā vacaturā creare posse intendimus.

Summarium.

In qualibet ecclesia cathedrali vel metropolitana necesse est habere vnum canonicum theologū: qui bis: aut saltem semel in facultate theologie legere habeat in qualibet hebdomada: in quo si defecerit: ad arbitriū capituli puniendus est. Et de hoc meli⁹ vide in pragmatica sanctione eodem titu. §. sequunt qualificationes. et §. sequenti.



Statuimus insuper q ordinarius collator in vnaquaq cathedrali: ac etiam metropolitana ecclesia canonicatum et prebendam theologalem in vi consistentē conferre teneatur vni magistro seu licētiato: aut bacchalario formato in theologia: qui per decennium in vniuersitate studii generalis priuilegiata studuerit: ac on⁹ residētie, lecture et predicationis actu subire voluerit: quiq bis aut semel ad minus per singulas hebdomadas (impedimento cessante legitimo) legere debeat.

Et quoties ipsum in huiusmo di lectura deficere contigerit ad arbitriū capituli: per subtractionem distributionū totius hebdomade) puniri possit.

Et si residentiā deseruerit: de illis alteri prouideri debeat.

Et (vt liberius studio vacare possit: etiam si absens fuerit a diuinis habeatur pro presente: ita vt nihil perdat.

Summarium.

Tertia pars beneficiorū et officiorum (velut etiam in pragmatica sanctione. §. insuper. et §. Item placuit. eo. titu. Et in nonis ordinationib⁹ Ludo. xii. ar ti. vii.) debetur graduatis simplicibus. Et graduatis nominatis: ita q primus mēsis (qui fuit Aprilis) post presentium publicationem debetur graduato simplici. Secundus et tertius (qui sunt Mayus et Junius) sunt in libera facultate ordinariorum. Et alias per ordinem pront in litera continetur. De quibus mensibus latius vide: de regia facul. pri. men. nomina. infra. §. ea propter. Collationes aliter et alias facte sunt ipso iure nulle. Et potestas conferendi gradatim ad immediatum superiorem pertinet et spectat: donec ad sedem apostolicā fiat deuolutio. Et de hoc idē habetur in pragmatica sanctione

1 Qualr beneficia de cetero cõferri debeāt p ordinarios viris litteratis gduatis et p vniuersitates noiatis et debite insinuatis

eodem titu §. q si quis el. f. et §. si autem illi. Ex his notare possumus q duo menses (q sunt Aprilis et October) debētur graduatis simplicib9. Et alij duo (qui sunt Julius et Januarius) debētur graduatis nominatis. Et alij octo (q sunt Mayus: Junius: Augustus: September: Nouēber: December: Februarius: et Martius) debentur collatoribus et patronis eccl'iasticis.



Refati q[1] ordinarij collatores: seu patroni ecclesiastici q̄cūqz fuerint vltra dictā prebendam theologalem quam (vt prefertur) qualificato conferre teneātur: tertiā[2] partem omnium dignitatū: personatuum administrationū et officiorum ceterorumqz beneficiorum ecclesiasticorum ad eorum collationem: prouisionem: nominationem: presentationem: seu quāuis aliā dispositionem: quomodolibet spectantium: viris litteratis graduatis et per vniuersitates nominatis: hoc modo videlicet.

2 Tertia ps ḡrū cūcqz beneficio rum ac officio rū des bēf graduatis simplicibus et noiatis

3 In primo mē se q est aplis.

¶ In primo[3] mēse post presentium acceptationem et earundem publicationem prefati ordinarij: collatores: dignitates: personatus: administrationes: et officia ad eorum collationem: prouisionem: nominationem: presentationem: seu quamuis aliam dispositionem (vt prefertur) spectantia graduatis huiusmodi) qui litteras suorum gradūm cum tēpore studij debite insinuauerint) conferre teneantur.

4 Scdo et tertio sequentibus mēsib9

q sunt Mai9 et Junius.

¶ Beneficia vero q̄ in duob9 sequentibus[4] mēsibus vacare contigerit illa (iuxta iuris communis dispositionē) personis idoneis libere conferre seu personas idoneas ad illa presentare.

5 Quarto mēse q est Juli9.

¶ Beneficia aūt que in quarto[5] mense vacare contigerit viris graduatis per vniuersitatem nominatis (q gradus et nominationis litteras cū studij tempore debite insinuauerint) conferre seu presentare teneantur.

6 v. et vj. mēsib9 q sunt Augustus et Septēber

¶ Beneficia vero q̄ in quinto[6] et sexto mensibus vacare cōtigerit: simili modo personis idoneis libere cōferre seu personas ad illa presentare possint.

7 vij. mēse q est October.

¶ Beneficia autem que septimo[7] mense vacare contigerit: graduatis (qui simili modo literas gradus cum tempore studij debite insinuauerint) conferre teneantur.

8 viij. et ix. mēsib9 q sūt Nouēber et Decēber.

¶ Beneficia vero que. viij.[8] et ix. mensibus vacare contigerit pari modo psonis idoneis conferre seu psonas idoneas ad illa presentare teneantur.

9 Mense x. q est Januarius. xj. et xij. mēsibus q sunt Februarius et Martius.

¶ Beneficia autē que in mēse. x[9]. vacare contigerit graduatis: nominatis: qui gradus et nominationis litteras cum tempore studij debite insinuauerint: per eosdem ordinarios conferri seu ipsi ad illa presentari debeant.

¶ Beneficia autē que in. xj. et. xij. mensibus vacare contigerit: per eosdem ordinarios personis idoneis (iuxta iuris communis dispositionē) cō-

ferri: seu ipsi ad illa presentari debeant. Si quis vero[10] cuiuscunque status: etiam si cardinalatus: patriarchalis: archiepiscopalis: aut pontificalis: vel alterius cuiuslibet dignitatis contra predictum ordinem et qualificationes superius ordinatas: de dignitatibus personatibus administrationibus vel officiis seu quibuslibet aliis beneficiis ecclesiasticis huiusmodi aliter quam modo predicto disposuerit: dispositiones ipse sint ipso iure nulle collationesque: et provisiones: ac dispositiones illorum ad immediatum superiorem devoluantur: qui eisdem personis modo premisso qualificatis providere teneatur. Et si contravenerit ad altum superiorem devoluatur provisio et presentatio huiusmodi gradatim donec ad sedem apostolicam fiat devolutio.

10 Collationes bñficiorum facte Fordinē et qualificationes supius tactas sūt ipso iure nulle.

11 Tēpus studii quo cūque facultate promouē do ad bñficia qd dicetur competēs

12 Insinuatio litterarum grad. nominationis quo fieri debeat

13 Probatio nobilitatis pro quo te, stes fieri debeat et pro absente.

Summarium.

Beneficia graduatis simplicibus aut nominatis debita nemini sunt conferenda: preterquam ipsis graduatis: duntamen per tēpus debitum in vniuersitate famosa studuerint. Suasque literas patētes grad. cum certificatoria studii et nominationis quas ab vniuersitate in qua studuerint: semel ante vacationem ordinariis collatoribus: et ecclesiasticis patronis ostenderint. Et de hoc vide. §. videlicet. eodem titu. in pragmatica sanctione. et articulum v. in antiquis ordinationibus Ludouici. xii. Nobilis vero ex vtroque parente et antiquo genere sufficit triennio studuisse.

De quo vide. §. videlicet. eodē. titulo in pragmatica sanctione. Et ordi. not. Ludo. xii. articu. vii. ix. .x. xi. Et in antiquis articulo. v.



Preterea volumus: quod collatores ordinarii et patroni ecclesiastici prefati quod dignitates: personatus: administrationes et officia: ac beneficia in mensibus graduatis et nominatis assignatis vacantia illis graduatis simplicibus aut nominatis illa conferre: aut ad illa eos duntaxat presentare teneantur: qui per tempus competēs in vniuersitate famosa studuerit. Tēpus[11] autem competens decēnium in magistris seu licentiatis: aut bacchalariis in theologia: septēnium vero in doctoribus seu licentiatis in iure canonico ciuili aut medicina: quinquennium autem in magistris seu licentiatis in artibus cum rigore examinis a logicalibus inclusiue: aut in altiori facultate. Sexēnium autem in bacchalariis simplicibus in theologia. Quinquenniū vero in bacchalariis iuris canōici aut ciuilis: in quibus bacchalariis iuris canonici aut ciuilis: si ex vtroque parente nobiles fuerint triennium esse decernimus.

Prefatique graduati et nominati collatoribus ordinariis siue patronis ecclesiasticis semel ante vacationem beneficii: de[12] literis gradus seu nominationis: et de prefato tempore studii: per literas patentes vniuersitatis in qua studuerint: manu scribe: et sigillo vniuersitatis signatis fidem facere teneantur.

Cum vero probatio[13] nobilitatis fieri debeat ad effectum: vt

nobiles gaudere possint benefi= cio minoris temporis studij: tunc nobilitas ipa per quatuor testes deponentes in iudicio coram iu= dice ordinario loci in quo est na= tus ille de cui⁹ nobilitate ex vtro q̄ parente constare debet: etiam in partis absentia probari possit.

¶ Summarium.

¶ Tempore quadragesime lite= re gradus nominationis ⁊ tem= poris studij. Necnon nobilitatis insinuande et collatoribus atq̄ patronis duplum illarum dan= de sunt. Aliter commodo et vtili tate illarū pro illo anno quo hoc omiserint priuabuntur ipsi gra= duati. Et de hoc vide in pragma= tica sanctione. eodem titu. §. sta= tuit autem. Et in antiq. ordi. Lu= do. xij. arti. viij. ⁊. ix. Et in nouis. vij. x. ⁊. xj. articulis.

dus aut nominationis huiusmo= di petere non possint.

¶ Summarium.

¶ Collatio aut presentatio per ordinariū facta de beneficio va= cante in mensibus graduatorū simplicium: aut nominatorū va let ⁊ tenet: si per graduatum (vt decet) non fuerint facte diligen= tie. Idem habetur in pragmati= ca sanctione. §. statuit autem. eo= dem titu. Et graduatis deben= tur beneficia in eorum mensibus vacantia: q̄uis inter suas requi= sitiones literarumq̄ suarum in= sinuationes nō interuenerit qua dragesima. Et de hoc vide artic. vij. in nouis ordi. Ludo. xij. argu. cōtra eo. titu. in pragmatica san= ctione in cauda glo. quadragesi= me versiculo quod aliter practi= catur. §. statuit.



Teneanturq̄ pre= fati graduati tā simplices q̄ no= minati patronis ecclesiasticis aut collatoribus or= dinarijs quibus gradus aut nominationis lite= ras huiusmodi insinuare debent literas suorum gradus et nomi= nationis certificationis tempo ris studij. Et attestationes nobi= litatis duplicatas dare: ac singu lis annis tempore quadragesi= me per se aut procuratorem suū collatoribus: nominatoribus seu patronis ecclesiasticis: aut eorū vicarijs eorum nomina ⁊ cogno= mina insinuare. Et eo anno quo prefatam insinuationem facere omiserint: beneficiū in vim gra=



Et si collatorib⁹ ordinarijs: aut patronis eccle= siasticis: in men= sibus deputatis graduatis sim= plicib⁹: aut gra= duatis nominatis non esset gra= duatus aut nominatus: qui dili= gentias prefatas fecerit: collatio seu presentatio per collatorem: seu patronum ecclesiasticum in eisdem mensibus facta alteri q̄ graduato vel nominato non pro= pter hoc irrita censeatur.

¶ Si tamen graduatus simplex aut nominatus beneficium (post insinuationem gradus aut nomi nationis) in mensibus eis assi= gnatis vacans petierit: et inter suam insinuationem: et prefatā


requisitionē nō superuenerit qua dragesima: in qua nomē & cognomen insinuare debuerit: ad b ene ficium sic vacans eum capacem: ipsumq3 illud consequi posse et debere decernimus.

1 Quod gratificatio collatoris fieri possit iter gradu atos diligētes

¶Summarium.

¶In beneficijs graduatis simplicib' debitis collatores et patroni ecclesiastici: gratificare possunt illū quē maluerint: dūtamē (vt decet) suas fecerit diligētias: aliter vero non possunt. pro quo vide arti. xij. in ordiñ. nouis Ludo xij. Antiquior graduatus nominatus in beneficijs eidem debitis preferendus est. Et ita vult glos. preferri. sita in. §. Ita tamē. eodem titu. in pragmatica sanctiōe. Et si graduati fuerint eiusdem temporis; eo casu doctores licēti. &c. preferuntur. Sed pluribus doctorib' licēti aut bacchalarijs in diuersis facultatib' concurrentib': tūc doctores in theologia doctori i iure &c. Et si in omnibus cōcurrant: tunc in optione collatoris erit: aut patroni: illum eligere quem maluerit. Et de huiusmodi materia vide in pragmatica sanctione §. exhortamur et glos. super verbo. nō teneatur. §. ita tamen qđ ipso. Et in artic. xij. ordi. no. Ludo. xij.

2 Antiq̄or noīatus preferetur alijs in beneficijs vacātib' eorumē sibus.



Tatuimus quoq3 & ordinamus: q[1] collatores ordinarij & patroni ecclesiastici prefati: in graduatos (qui literas gradus cum tempore studij et attestatiōe nobilitatis debite insinuauerint) quo ad beneficia in mensibus eis deputatis vacātia gratificare possint illum ex eis quem voluerint.

3 Quid iuris si de eodē anno concurrūt plures noiati.

Quocirca dilectis et fidelibus ⁊ consiliarijs nostris ad presens tenentibus ⁊ qui in futurum nostra tenebunt parlamenta: omnibusq́ iustitiarijs regni nostri et delphinatus ac comitatus nostrorum: ceterisq́ officiarijs ⁊ subditis nostris ⁊ eorũ cuilibet prout ad euz pertinuerit. Mãdamus districti⁹ iniungẽtes: quatinus oĩa premissa ⁊ singula teneant custodiant ⁊ conseruent in sua roboris plenaria firmitate. Et in causis quibuscunq́ occasione premissorum de cetero orituris ⁊ emersuris secũdum deliberationes ⁊ conclusiones prescriptas iudicent: pronuntient ⁊ sententient: atq́ ab omnibus subditis ⁊ incolis nostrorũ regni delphinatus ac comitatus inuiolabiliter faciant in omnibus ⁊ per omnia obseruari: predictas personas ecclesiasticas et seculares ac earum quamlibet in omnibus ⁊ singulis superius expressis ab omni turbatione violentia impressione: molestatione vexatione damno ⁊ impedimento tueantur protegant pariter et defendant: omnes et quascunq́ personas cuiusuis cõditionis ac status fuerint: cõtrafacientes aut venientes taliter puniẽdo: quod imposterum ceteris cedat in exemplum. Quoniam sic fieri volum⁹

et iubemus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus literis duximus apponendum.

¶ Datum parisius die decima tertia mensis Maij Anno domini millesimo quingentesimo decimoseptimo. Et regni nostri tertio. Sic signatum super plicã per regem dominis ducibus alencon nij borbonij et vidocinen. vobis dominis dorual: de la trimoille: de boysi: magno magistro: bastardo sabaudie: de la palice et de castillon marescallibus Francie: et alijs presentib9. Robertet. ¶ Lecta publicata et registrata ex ordinatione et de precepto domini nostri regis reiteratis vicibus facto in presentia domini de trimoilla primi cambellani dicti domini nostri regis ad hoc per eũ specialiter missi parisius in parlamento. xxiij. die Martij. Anno domini millesimo quingentesimo decimoseptimo. Sic signatum. Pichon.

¶ De prorogatione dilationis ad publicandũ Concordata.

¶ Summarium.

¶ Multis rationib9 et causis ibidem insertis per Franciscũ Frãcorum regem demonstratur ibi qualiter a sede apostolica fuit sibi prorogata dilatio per vnum annum (vltra semestre tempus quod ante habebat) ad huiusmodi concordata publicari et registrari faciendũ. Et qualiter aliaz annuam dilationem habuit pro impetrantibus in curia romana beneficia solum per mortem vacantia: et hoc ad verum valorem annuum exprimendum: si in eorum impetratione et supplicatione non (vt tenent facere) expresserint. Et cum hoc mitigatur rigor. §. statuimus. supra de man. apostoli.



Franciscus dei gratia Francorum rex: Mediolani dux: et Genue dns vniuersis p̃sentes lras inspecturis salutem.

¶ Cum vrgenti necessitate euidentiq3 commodo et vtilitate rei publice regni nostri ducti ad euitanda maiora pericula que ex reuocatione pragmatice in futurũ cultura cernebamus: siue illi reuocatiõi obediretur: siue nõ obediretur: que vnicuiq3 recte sentiẽti latissime constare possunt: certa iniuerim9 cũ sancta sede apostolica cõcordata. In quib9 inter cetera cautuz est: quod infra sex mensium spatium illa publicari et registrari necnon iurari in curijs nostris parlamentorum efficeremus: ecclesiamq3 Gallicanaz illis consentire: alis nullius essent momẽti (que nullatenus. ob breuitatem temporis aliis etiam vrgentibus negotijs occupati) perficere valuim9. Idcirco ne in rete (quod verebamur) incideremus: et ne commodo et vtilitate dictorum concordatorum frustraremur: a sede apostolica (post lapsum dicti spatij sex mensium) vnius anni prorogationem obtinuimus.

¶ Ceterum cum in dictis concordatis inter cetera etiam caueretur: quod verus valor beneficiorum in illorum impetrationibus exprimendus sit: tenendum erat: ne ambitiosi sub pretextu veri valoris non expressi iam. dicta im-

petrarent bñficia. Igitur vt predictis malitijs via preclude retur a sanctissimo domino nostro papa Leone .x. rescriptum obtinuimus: quo impetrationes preteritu veri valoris nō expressi obtente infra annum data rescripti in quo verus valor non fuisse expressus asseritur nulli⁹ valoris ac momenti esse declararentur. Quarū Bullarum seu rescriptorum tenor sequitur: et est talis. ¶ Idem Leo papa ad Franciscum primū de eadem dilatione.

¶ Summarium.

¶ Francisco primo Francorum regi Leo papa (ad ipsius regis supplicationem et ex certis rationabilibus causis) per annū prorogauit dilationem ad huiusmodi cōcordata publicari et registrari faciendum: prout sequitur.



Leo episcopus seruus seruorum dei charissimo in Christo filio Francisco Francorum regi Christianissimo: salutem et apostolicam benedictionem. ¶ Dudum siquidem inter alia (cum irritantis appositione decreti) statuimus et ordinauimus: quod extunc de cetero occurrentibus cathedralium et metropolitanarum ecclesiarum ac monasteriorum in regno Frācie et Delphinatu ac comitatu diensi. ac valentinen. consisten. vacationibus: dilecti filij ecclesiarum capitula et monasteriorum conuentus ad electiones seu postulationes futurorum / Archiepiscoporum / Episcoporum / Abbatum ecclesiarum / ac monasteriorum vacātium pro tempore huiusmodi procedere non valerent. Sed maiestas tua ad ecclesias et monasteria huiusmodi sic vacantia infra certum tunc expressi temporis spatium nobis et pro tempore existēti Romano pōtifici personas idoneas certo tunc expresso modo qualificatas ad eandem nominationem per nos et Romanum pontificem huiusmodi ecclesijs et monasterijs eisdē preficiēdas nominare valeres: prout in nostris inde cōfectis literis in quibus volumus: qd si maiestas tua omnia in illis statuta ordinata et contenta infra .sex menses post tunc proximam futuram sessionem Lateranen. concilij tunc vigentis non approbares et confirmares: et a prelatis ac alijs personis tunc expressis regni tui approbari nō faceres: litere ipē nullius essent roboris vel momenti plenius continetur.

¶ Cum autem sicut exhibita nobis pro parte tua petitio continebat) maiestas tua ppter varias occupationes quibus ad presens implicitus existis: ac ex certis alijs rationabilibus causis infra dictum semestre (infra quod adhuc existis) in dictis literis contenta per prelatos et psonas regni tui huiusmodi approbari facere posse cōmode nō cōfidat. Nos itaque tuis in hac parte supplicationib⁹ inclinati semestre predictum (infra quod adhuc existis) ad annū a data presentiū cōputandum auctoritate apostolica tenore presentium prorogamus pariter et extendimus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus apostolicis necnon omnibus illis que volumus in dictis literis non obstare ceterisque contrarijs quibuscunque. ¶ Nulli

ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre prorogationis et extensionis infringere: vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. ¶ Datum Rome apud sanctum Petrum Anno incarnationis dominice millesimo quingentesimo decimoseptimo kalendas Julij pontificatus nostri anno quinto.

¶ De annatis.

¶ Summarium.

¶ Impetrantibus beneficia per mortem duntaxat vacantia Leo papa proprio motu dat unum annum a die date supplicationis ad verum valorem annuu exprimendum: si vere in eorum supplicatione et impetratione non expresserint. Et pro augmento illi' veri valoris expressi dumtaxat soluet camere apostolice augmentum annate. Decernendo apostolicas impetrationes (pendente eadem dilatione annua) fiendas ratione veri valoris non expressi irritas et inanes.



Leo episcopus servus servorum dei. Ad perpetuam rei memoriam. ¶ Romanus pontifex (cui tot tantaque in spiritualibus et temporalib' providenda incumbunt) rerum et temporum qualitate pensata: nonnulla prout ad cunctorum clericorum beneficia ecclesiastica: et sede apostolica pro tempore impetrantium commoda et utilitates: ac litibus et fraudibus obviandum: oportere conspicit: salubriter ordinat et disponit. ¶ Nuper siquidem inter constitutiones ad laudem dei et Christi fidelium pacem/et quietem de fratrum nostrorum consilio cum charissimo in christo filio nostro Francisco francorum rege christianissimo matura deliberatione concordatas statuimus/quod in provisionibus quas personis quibusuis regni Francie ac Delphinatus et comitatus Vienen. et Valentinen. de beneficijs vacantib' seu certo modo vacaturis per nos et successores nostros: et sedem predictam etiam motu proprio et iam promotis ad ecclesias cathedrales et metropolitanas et monasteria: ut obtenta per eos beneficia retinere possent fieri contingeret: illorum verus annuus per florenos aut ducatos auri de camera aut libras turonenses: seu alteri' monete valor secundum communem estimationem exprimi debere t. Alioquin gratie ipse essent ipso iure nulle. ¶ Cum autem sicut accepimus sepe contiget personas regni delphinatus ac comitatus huiusmodi vacatione beneficiorum in locis remotis regni ac delphinatus et comitatus hmoi vacatione bnficiorum i locis remotis regni ac delphinat' et comitat' eorundem per obitum pro tempore vacantium intellecta eorum veri valoris notitiam habere non posse: et veri valoris huiusmodi notitia non habita ad illa a Romano pontifice impetrandum celerem nuntium ad sedem predictam destinare: et signaturam supplicationis super illorum impetratione cum facultate verum annuum valorem beneficiorum huiusmodi in literarum super hmoi

supplicationib⁹ expeditione augendi obtinere: et ad affectũ possessionẽ beneficiorum hmõi asse, quẽdi literas sup hmõi impetrationib⁹ cum minus vera valoris beneficiorũ eorundẽ expressione expedire: et absq eorũ culpa: diligentia ꝛ expẽsis pro impetratione hmõi obtinẽda factis. et gratia eis a nobis cõcessa ꝛ illius effect⁹ frustrari ac per posteriores qui nulla adhibita diligentia cũ expressione veri valoris eadẽ beneficia a sede predicta impetrarunt excludi ac desuper ꝑpterea molestari. Nos qui subditorum nostrorũ cõmoda libẽter ꝓcuramus: ac eos a litibus et expensis ꝗ̃stum cũ dño possumus releuamus motu ꝓprio: ac ex certa nostra scientia ac de apostolice potestatis plenitudine statuimus ꝛ ordinamus ꝙ decetero ꝑpetuis futuris temporibus impetrãtes beneficia ecclesiastica in regno Delphinatu ꝛ comitatu predictꝫ (per obitum dũtaxat) vacantia si verum annuum valorem beneficiorũ in literis apostolicis: que super dictis beneficijs expedite fuerint nõ expresserint infra annum a die date literarum earundem computandũ valorẽ ipsum male expressum corrigi per officiales ad quos expeditio literarũ huiusmodi pertinet ꝛ correctiones literarum earundẽ fieri consueuerunt petere. Ipsiq officiales ipsarum literarũ expeditioni presidentes ad eorundem impetrantium simplicem petitionẽ valorem ipsorum ad verum annuum valorem iuxta petentium voluntatem in eisdem literis reducere ꝛ corrigere. Ipsiq impetrantes pro augmento valoris expressi dũtaxat annatam camere apostolice soluere debeant ꝛ teneantur: decernẽtes quascũq impetrationes posteriores de dictis beneficijs ratione nõ expressionis veri valoris hmõi infra dictum annum factas nullius roboris vel momenti esse: ꝛ pro infectis haberi debere. ¶ Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostrorum statuti ordinationis ꝛ decreti infringere: vel ei ausu temerario contraire.

¶ Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorũ petri ꝛ pauli apostoloꝝ eius se nouerit incursurũ. ¶ Datũ rome apud sctm̃ petrũ. Anno incarnationis dñice. M. cccccxvi. kalẽdas octobris. pontificat⁹ nri anno quarto.

¶ De registratione concordatorum per curias fienda.



Uocirca dilectꝫ ꝛ fidelib⁹ cõsiliarijs curias nr̃as parlamẽti tenẽtib⁹: necnon senescallis bailliuis ꝓpositis alijsq iustitiarijs ꝛ officiarijs nostris harum serie mandamus et iniungimus: quatinus presentiũ tenorẽ suis in registris registrẽt: vt si pro rebus ꝛ negotijs indies occurrẽtibus: illis quis agere habuerit ex dictis registris illas extrahere possit et valeat: cui extracto debito modo facto talẽ fidẽ haberi volumus ac si predictarũ bullarum originale exhiberent. Nam sic fieri volumus: et quatenus opus esset ex certa nr̃a scientia et potestatis plenitudine ita fore ordinamus. ¶ Datum Ambasie die duodecima mẽsis aprilis Anno domini millesimo quingẽtesimo decimo octauo. Et re,

Eni nostri quarto. Sur le reply est escript. per regem.ainsi signe Robertet. Et lelle a double queue ꝛ cire iaulne.

¶De regia facultate primũ mẽsem graduatꝫ debitũ nolandi.

¶Summarium.

¶Eo quia apud omnes ignotũ erat quisnam mensis graduatis simplicibus:necnon qui menses ordinariis collatoribus et ecclesiasticis patronis deberent.Dominus noster rex Franciscus(ex potestate et facultate a sede apostolica sibi attributa)predictos menses ibi exprimit ꝛ nominat. quasquidem potestatem ꝛ facultatem(cum tenore subsequentis rescripti)vult ꝛ quibusuis curiis publicari:ne de his potestate et facultate: ignorantia ab aliquo pretendi possit.Et iuxta tenorem illius facultatis processus et controuersias terminari vult ꝛ finiri.



Franciscus dei gratia francorum rex: Mediolani dux:Genue domin⁹. ¶Cũ superioribus diebus certa inueneri mus concordata cum sanctissimo domino nostro papa Leone decimo:quibus inter cetera ordinatur quatinus beneficia vacantia primo mense:post publicatio nem illorum affitiantur graduatis simplicibus:verum cum ex diuersitate temporum quibus iam dicta cõcordata publicata in par lamentis nostris fuere: dictorũ mensium diuersitas confusionẽ litium educatricem generare verisimile potuisset. Nos igitur(vt dicte confusioni obicẽ apponeres mus)a iamdicto domino sanctissimo domino nostro papa literas apostolicas obtinuim⁹:quarum tenor de verbo ad verbum inferius delcribitur: quibus per missum et cõcessum est:illum primum mensem exprimere nobis ac nominare liceret. Eo propter facultatem nobis a sede apostolica predicta concessam insequentes: considerantesqꝫ dicta cõcordata in curia nostra parlamenti Parisius in mẽse Martii vltime preteriti fuisse publicata mensem preteritum Aprilis dictam publicationem immediate sequẽtem: pro proximo mense eligim⁹ et nominamus. Ex cuius initio ordo et computatio sequentium mensium vt qui menses graduatis simplicibus necnon graduatis nominatis:ac ordinariis collatoribus spectant sciãtur:et iuxta illorum ordinem:beneficiis in illis vacantibus prouideatur.tenorem dictorum concordatorum insequendo:nullo habito respectu ad tempus publicationis eorundem concordatorum in aliis curiis nostris parlamenti facte. ¶Quocirca dilectis ꝛ fidelibus consiliariis nostris parlamenta nostra Parisius. Tholose. Burdegale. Rothomagi. Diuione.et Granopoli tenentibus. Necnon ceteris nostris iustitiariis et officiariis mandamus et iniungim⁹ quatinus has presentes nostras literas publicare habeant; necnon in suis registris registrare: vt nemo ignorantie causam pretẽdere possit aut valeat. Et iuxta tenorem iam dicte facultatis nobis concesse:et declarationis per nos facte:processus iudicare habeant. Quia sic fieri volumus

et ita nobis placet: non obstanti bus quibuscunq; in contrarium facientibus.

¶ Sequitur tenor literarum apostolicarum.

¶ Idem Leo papa ad Frāciscū primum Francorum regem.

¶ Summarium.

¶ Regis Francisci primi interfuit (ex auctoritate sedis apostolice: cuius quidem auctoritatis tenor de verbo ad verbum sequitur) exprimere et nominare primum mensem graduatis simplicibus debitum: necnon alios mēses de quibus confuse supra habetur de collatio. §. in primo mēse. et aliis per ordinem sequentibus.



Leo episcopus seruus seruorū dei. charissimo i xpo filio Frācisco francorū regi christianissimo, salutem et apostolicam benedictionem.

1 Regi francisco primo cōcessum fuit exprimere et nominare primū mē sē graduatis debitū

¶ Dudum siquidem inter alia (cum irritantis appositione decreti) statuimus et ordinauimus q; extunc de cetero (occurrentibus ecclesiarum cathedralium: etiam metropolitanarum: ac monasteriorum in regno Francie: et Delphinatu: ac comitatu Dien. et Valentinen. consistentium vacationibus) dilecti filii ecclesiarum: capitula et monasteriorum conuentus: ad electiones seu postulationes futurorum archiepōrū: epōrū: ac abbatum: ecclesiarum et monasteriorum vacantium pro tpe huiusmodi procedere nō valerent: sed maiestas tua ad ecclesias et monasteria huiusmodi sic vacantia: infra certum (tunc expressi temporis) spatium: et nobis pro tempore existenti Romano pontifici personas idoneas (certo tunc expresso modo) qualificatas ad eandem nominationem per nos et romanum pontificem huiusmodi ecclesiis et monasteriis eisdem preficiendas nominare valeret: prout in nostris inde confectis literis in quibus inter alia q; primo mē se post earundem literarum acceptationem et publicationem ordinarii collatoris dignitates personatus: administrationes: et officia ad eorum collationem: prouisionem: nominationem: presentationem seu quamuis aliam dispositionem spectantia graduatis simplicibus sub certis modo et forma (tunc expressis) conferre: et de illis etiam prouidere deberēt cauetur. ¶ Cum autem (sicut accepimus) propter diuersa tribunalia plurium parlamentorum in regno Delphinatu et comitatu predictis consistentia: in quibus literas in eis constitutas et expressas constitutiones publicari et acceptari diuersis temporibus propter locorum distantiā oportet super primo mense qui ordinariis collatoribus ad cōferendum graduatis cōceditur dafic (?) plures: lites et dispendia partium super hoc exoriri contingere posset. Nos litibus [1] et dispē diis huiusmodi pro nostri pastoralis officii debito, obuiare, volē tes: et ne quis mensis sit huiusmodi deincepe dubitari aut hesitari contingat, maiestati tue ex

post publicationem et acceptationem literarum concordatorū huiusmodi primum mensem huiusmodi: quis sit: exprimere τ nominare possit et valeat) motu proprio: et ex nostra certa sciētia auctoritate apostolica tenore presentium licentiam et facultatem concedimus: pariterqꝫ indulgemus non obstantibus omnibus que in eisdem literis voluimus non obstare ceterisqꝫ contrariis quibuscūqꝫ. ¶ Datuꝫ Rome apud sanctū Petrū. Anno incarnationis dñice millesimo qngētesimo decimooctauo: decimoseptimo kalendas Iulij pontificatus nostri anno sexto. Sic signatum. supra plicam. Ja. questembert. In testimonium quorum his presentibus sigillum nostrum duxim⁹ apponendum. ¶ Datum Baugiaci. xxv. mensis Octobris. Anno domini millesimo quingentesimo decimooctauo. Et regni nostri quarto. Per regem Bedoyn. ¶ Lecta publicata et registrata Tholose i parlamēto. xvij. Nouēbris. Anno dñi millesimo qngētesimo decimooctauo. Michaelis.

¶ De pena temere venientium contra huiusmodi concordata.

¶ Summarium.

¶ Quibuscunqꝫ iustitiariis per dominū nostruꝫ Francorum regem precipitur et mādatur quatinus infractores et violatores huiusmodi concordatorum legitimis penis puniant. Et omnia in contrarium attentata reuocēt et ad pristinum statum reducāt. Ac etiam iniūgitur illis quatin⁹ hec omnia publicent: et in registris suis registrari faciant: ne de potestate τ auctoritate sede apostolica sibi attributa ab aliquib⁹ ignorantia pretendi possit.



Franciscꝰ dei gratia Francorum rex / Mediolani dux / τ Genue domin⁹. Cū p corroboratione necnō obseruatione decretorum concordati per nos cuꝫ sanctissimo domino nostro papa Leone decimo initi necessarium ac utile foret ut a sancta sede apostolica illius concordati protectores constituere, mur: ut utroqꝫ mucrone institutis concordatorum nō parentes ferirentur: literas apostolicas a iam dicta sede apostolica obtinuimus: quarum tenor inferius describitur: quibus illorum concordatorum protectio nobis concessa est. ¶ Quocirca dilectis τ fidelibus consiliariis nostris parlamenta nostra Parisius. Tholose. Burdegale. Rothomagi. Diuione et Gratianopoli tenentibus: necnon ceteris nostris iustitiariis et officiariis mandam⁹ τ iniungimus: quatinus (iuxta facultatem nobis concessam) eorū concordatorum infractores penis legitimis afficiāt. Et ea que in contrarium dictorum concordatorum attentauerint reuocent τ in pristinū statū reducāt: seu reduci faciāt: cōpescēdo ɔpescēdos oib⁹ viis rōnabilib⁹ τ debitis. Et (ut nemo iā dicte nrē ptectionis ignorātiā ptendere valeat) has pñtes publicare: τ i registris suis registrare faciant iudilate; quoniā nobis sic placet: τ ita fieri volumus: nō obstantibus quibus,

eunq; in contrariū facientibus. ¶ Sequitur tenor dictarum lite rarum apostolicarum.

¶ De protectione concordatorum fran. regibus concessa.

¶ Summarium.

¶ Domino nostro regi Francisco primo: suisq; in futurū successorib⁹ a sede apostolica data est protectio atq; custodia concordati inter ipsos papam Leonem x. Et regem Franciscū primū initi & passati & in sacro Lateranensi concilio approbati.

Leo episcopus seruus seruorum Dei charissimo in christo filio Francisco francorum regi christianissimo salutem et apostolicam benedictionem. ¶ Dudum si quidem inter alia cum irritante appositione decreti statuimus & ordinauimus q; & tunc de cetero (occurrentibus ecclesiarum cathedralium & metropolitanarū ac monasteriorū in regno Francie: et delphinatu: ac comitatu diensi. ac valentinensi. consistentiū vacationibus) dilecti filij ecclesiarum capitula: et monasteriorum cōuentus ad electiones seu postulationes futurorum archiepiscoporum: episcoporum: & abbatū: ecclesiarum: ac monasteriorum vacantiū pro tempore hmōi procedere nō valerent. Sed maiestas tua ad ecclesias & monasteria hmōi sic vacantia infra certū (tunc expressi tēporis) spatiū nobis: & p tempore existenti Romano pontifici personas idoneas (certo tunc expresso modo) qualificatas ad eādem nominationem per nos & romanum pontificem huiusmodi ecclesijs et monasterijs eisdem preficiendas nominare valeret: prout in nostris inde confectis literis in quibus maiestati: & pro tempore existenti francorū regi in virtute sancte obedientie quod per te vel alium seu alios. in dignitate ecclesiastica constitutos easdem literas ac omnia & singula in eisdem contenta quando et quoties opus foret publicari: et inuiolabiliter obseruari faceres mandauimus plenius continetur. ¶ Cum autem (sicut accepimus) nonnulli regni: delphinatus: et comitatus predictorum; a quorum cordibus dei timor abest: literas huiusmodi: et per eas editas constitutiones; et in eis contenta plene acceptare recusent: et in illis (non sine spiritu blasphemare et censurarum in eis contentarum incursu: verbo et opere possent) contra venire contendant. Nos ea que tanta maturitate consilio: et sacri tunc vigentis Lateranen. cōcilij approbatione discussa statuta ordinata facta et concessa sunt: vt inuiolabiliter et incōcusse (prout par est) obseruen. p nostri pastoralis officij debito prouidere volentes: ac q; alijs nostris literis temerarijs ausibus cōtra venire nitentur occurrerim⁹: eorumq; ora obstruxerimus: motu proprio. & ex nostra certa scientia ac de apostolice potestatis plenitudine cum deceat secularem potestatem presertim magnam ecclesiasticam iuuare potestatem in his presertim que animarum salutem concernunt maiestatem tuam: ac pro tempore existentem

Francorum regem literarũ predictarum: ac per eas editarum constitutionum: et omnium et singulorum in eis contentorum legitimos protectores: defensores: ac conseruatores: necnon quorũuis aduersus illas et in eis cõtenta venire tentantium cuiuscunque dignitatis: status: gradus: ordinis: conditionis: vel nobilitatis: existeñ. ac quacunque mundana dignitate fulgentium inuictissimos oppugnatores tenore presentium auctoritate apostolica constituimus: deputamus: non obstantibus omnibus que in dictis literis volumus non obstare: ceterisque contrarijs quibuscunque.

¶ Datum Rome apud sanctum Petrum. Anno incarnationis dominice millesimo quingẽtesimo decimooctauo. xvij. kal. Julij pontificatus nostri Anno sexto. Sic signatum supra plicaz. Ja. que stemberc. et sub plica Ja. sadoletus. In testimonium quorum his presentibus sigillum nostrum duximus apponendum.

¶ Datum bangiaci die. xxv. mensis Octobris. Anno dñi millesimo quingentesimo decimooctauo: et regni nostri quarto. Per regem. Gedoyn.

¶ Lecta publicata et registrata Tholose in parlamento. xxij. Nouembris. millesimo quingentesimo decimooctauo. Michaelis.

¶ Finis Concordati.

¶ Rubrice concordatorum secundum ordinem alphabeti sequuntur.

¶ Finis enumerationis rubricarum concordatorum.

¶ Tabula alphabetica latiori modo q̄ prius ampliata: in qua facillime cōtenta in huiusmodi cōcordatis inuenient. Et primo de litera.

A



Nte diffinitiuā sniam non ē appellādū. de causis.§.et ne.fo.x.col.4. ¶ Antiquior graduat⁹ nominat⁹ q̄ suas (vt decet) fecit diligentias prefertur posteriori nominato.§.q̄ vo. de colla.folio.vij.col.iiij.nu.2.
¶ Appellationes que emittuntur in hoc regno a iudicibus sedi apostolice immediate subiectis committi debēt p rescripta apostolica iudicibus in ipsis partib⁹ gallicanis terminande.§.si quis vero.de cau. fo.x.colum.iiij.
¶ Appellari non licet a secunda sententia interlocutoria conformi.de friuo. appellatio. folio.xi. colum.i.
¶ Appellari nō licet a tertia sententia diffinitiua et conformi.eo. ti.fo.xi.col.i.et.ij.
¶ Approbatio et publicatio ipsi⁹ concordati fienda per regem in suo regno fuit prorogata ad ipsi⁹ regis requestā a data literarum vsq ad annum.c.Franciscus.et.c. Leo episcopus. de prorogatiōe dila.ad publi. concor. folio. xvij. colum.ij.et.iij.

B



Eneficia vacātia in primo mense post huiusmodi cōcorda-ti publicationē debent graduatis simplicibus q̄ suas fecerunt diligentias.§.in mēse. de collationibus. folio.vij. colum.i. nume.3.
¶ Beneficia vacantia in secundo et tertio mēsibus cōferri possunt libere p ordinarios collatores psonis idoneis.eodem titulo.et.§. sequenti. fo.vij.col.ij.nu.4.
¶ Beneficia vacantia in quarto mēse debent graduatis nominatis:qui suas (vt decet) fecerint diligeñ.ibidem.nu.5.
¶ Beneficia vacātia in quinto et sexto mensib⁹ post istarum publicationem possunt ipsi collatores conferre personis (vt premissum est) idoneis.§.beneficia vo. fo.vij.col.ij.nu.6.
¶ Beneficia vacātia in septimo mēse debētur graduatis simplicibus.ibi.nu.7.
¶ Beneficia q̄ in octauo et nono mensibus vacabunt poterunt p ipsos ordinarios psonis idoneis conferri.ibidem.nu.8.
¶ Būficia q̄ in decimo mense vacabūt cōferri debēt ipsis graduatis nominatis:q̄ suas (vt dictū est) fecerūt diligeñ.ibi.nu.9.
¶ Beneficia vo q̄ in vndecimo et duodecimo mēsibus post publicationem p̄sentis cōcordati vacabunt per ipsos ordinarios libere conferri poterunt.eo.ti.§. beneficia aūt. fo.vij.col.ij.et.iij.
¶ Būficia simpliciter vel causa pmutationis vacātia nō faciunt turnum.§.quoq bnficia. de colla. fo ix.col.ij.nu.3.
¶ Būficia secularia secularib⁹/ regłaria regłarib⁹ cōferri debent



fuerint per suos superiores dispē satis: ⁊ si post huiusmodi dispensationem recidiuo vomitu ad concubinatum redierint/ erunt omnino inhabiles: et sine spe obtinēdi dispensationem ad quecunq; beneficia ecclesiastica. eodem titulo. §. ⁊ nihilominus. folio. xj. columna. iij.

¶ Concubinarij publici dicuntur non solum illi quorum cōcubinatus per sententiam vel iudicialē cōfessionem est notorius: sed etiā illi qui tenent apud se mulieres suspectas de incōtinentia: et qui sunt ita diffamati per rei euidentiā quod non possunt aliqua tergiuersatione celari. §. publici. eodem titulo. folio. xij. colum. ij. numero. 2.

¶ Concubinariorum publicorum supiores seu diocesani si fuerint negligentes in punīēdis ipsis cō cubinarijs: per ipsoꝝ superiores erunt puniendi modis possibilibus. §. quodq; si hi. eodē titulo. folio. xij. colum. j. nu. 1.

¶ Concubinariorum publicorum superiores seu plati qui ab ipsis ꝯcubinarijs pecunias extorquēt vt eos a tali feditate tolerēt: sicut fit in plerisq; locis: grauiter veniūt puniendi: cum redditione dupli ei illius qđ a talibus acceperint. §. quia vero. eodem titu. folio. xij. colum. ij. nume. 3.

D



Doctores plures si ꝯcurrāt in tpe quo ad petēdū bñficium vacās in mense deputato q̄lificatis/ tūc pfertur doctor ille qui gaudet maiori ꝓrogatiua gradus: puta doctor in theologia pfert doctori canonico ciuili aūt l. medicina. Et idem dicendū erit in licentiatis: et etiam in baccalarijs respectiue. de colla. §. concurrentibus. el. ij folio. vij. columna. iij.

¶ Derogari nō poterit deinceps ꝯtentis in ipso concordato inter romanum pontificem ⁊ regē insto per quascunq; gratias apostolicas: nec etiam per clausulas in ipsis literis appostolicis appones. de robo. ⁊ firmitate cōcor. in princip. fo. xiij. col. iij.

¶ Dioceses et parochie ex magna cā fuerant per vniuersum orbem diuise seu distincte. de consti tu. in princip. folio. iij. colū. iij. numero. 2.

E



Ecclesie cathedrales necnon metropolitane apud sedē apostolicā vacantes possunt p papā libere ꝯferri: etiā non expectata regis nolatione. de pñtatio. ⁊ insti. prelato. §. necnon. fol. v. colum. iij.

¶ Ecclesia gallicana alias noluit consentire destructioni pragmatice sanctiōs: sed ei voluit inherere. de ꝯstitutio. super verbo. Nec ipsi prelati. fo. iiij. col. j. ⁊. ij.

¶ Ecclesiarum cathedraliū ⁊ capitula monasteriorum electiuoꝝ conuentus habentes ius eligēdi ex priuilegio expresso non cōprehenduntur sub contentis in ipso concordato: quinimo libere poterūt tales ad electionem pcedere: occurrente vacatione: obseruata tamen iuris communis forma. §. per premissa. de presenta. ⁊ insti. prelato. fo. vj. colum. j.

colum.iii.nume.12.

¶ Graduati tam simplices ꝙ nominati tenent tradere ipsis collatoribus copiam literarum suarū tam gradus ꝙ nominationis tēporis studij ac etiam attestationis nobilitatis.§.teneātur qꝫ. de colla. fo.viij.col.j.

¶ Graduati anno quo eis miserint insinuare suas literas non poterūt petere beneficia illo anno vacātia graduatis debita.ec.§.ꝛ ti. folio.viij.colum.j.

¶ Graduati simplices vel etiam nolati si non fecerint diligeñ.tūc beneficia in mensibus eis deputatis vacātia poterūt libere p ordinarios cōferri/etiā non graduatis.§.ꝛ si collatoribus.de col. fo.viij.col.ij.

¶ Graduatus petere potest beneficium vacās post insinuationeꝫ etiam si nondum venerit temp⁹ quadragesime in quo debet insinuare collatori nomen ꝛ cognomen ipsius graduati.eodem titulo.§.si tamen graduatus.fol.viij. col.ij.ꝛ.iij.

¶ Graduati nolati si ꝯcurrant in tempore puta de eodē anno mēse ꝛ die:tūc prefertur ille qui maiori gaudet prerogatiua grad⁹.e. titu.§.cōcurrentibus autē nominatis. fol.viij.col.iiij.nu.3.

¶ Graduati nominati si concurrant plures in eodem gradu ꝛ facultate tunc recurrendum erit ad datam nominatiōis.§.ꝛ si in eiusdem.co.titu. fo.viij.col.iiij.

¶ Gratificare possunt collatores ordinarij:ꝛ ptroni ecclīastici inter graduatos simplices qui suas fecerint i oībus diligeñ.§.statuim⁹ ꝙ3.el.j.de colla.fo.viij.col.iij.n.1.

¶ Graduati nominati si sint plures cōcurrentes in paritate gradus:facultatis ꝛ temporis impetrate nominationis:tunc ordinarius collator gratificare poterit cui voluerit.co ti.§.ꝛ si in oibus. fo.viij.col.i.ij.

¶ Graduati siue simplices siue noiati:qui iam habent beneficiū seu beneficia cuiuscūqꝫ qualitatis sint:cuius vel quorū valor insimul:si in diuinis interessent:ęqualet summam ducentorū florenorum auri de camera sunt incapaces fructuum gradus et nominationis.§ si quis vero. de colla. fo.ix.col.ij.

¶ Graduati simplices neqꝫ nominati nō possunt petere beneficia per purā renūtiationē siue p permutationē vacantia in eoꝝ mēsibus.§.quodcꝫ beneficia. eo.titu. fo.ix.col.ij.nu.3.

¶ Graduati simplices ꝛ nominati qui molestant ordinarios collatores seu eorum collationarios ratione beneficiorum vacantium in mensibus eis non deputatis grauiter puniuntur.§.si quis autem graduatorum.eodem titulo. fo.ix.col.iiij.

I



Impetrans a papa bñficium vacās p mortem si verū valorē nō expresserit in literis poterit dictum verū valoreꝫ infra annum exprimere et corrigere/ꝛ tunc annata solui debebit camere apostolice pro augmēto valoris duntaxat iam expressi.de annatis.circa fineꝫ. fo.xvij. colum.iij.

¶ Iudices ecclīastici sub pena excōicationis terminare ꝛ finire debēt cās corā eis pēdentes infra bienniū.§.statuimus etiaꝫ.de

causis. fo.xj.col.j.

¶ Interdicto supponi non potue runt decetero loca.ville.castra vel ciuitates nisi ex causa probabili vel ex culpa gubernatorum dictorum locorum:non autem propter culpam alicuius priuate psone. titulo de interdict.fo.xij. col.iiij.ꝛ fo.xiij.col.j.

¶ Insinuatio literarum gradus ꝛ nolationis fieri debet collatoribus ordinarijs per patentes literas vniuersitatis/manu scribe ꝛ sigillo vniuersitatis signatas et sigillatas.de colla.§.pfatiqꝫ graduati. fo.vij.col.iiij.nu.12.

¶ Insinuatio nominū ꝛ cognominū fieri debet collatoribus ordinarijs singulis annis tpe quadragesime/quo omisso beneficiū vacans illo anno consequi nō potest per ipsos.§.teneanturqꝫ prefati.de colla. fo.vi.j.col.j.

M



Ala infinita antiquitus oriebātur ex eo quia lites sup beneficialib⁹ causis in romana curia ꝛ nō in regno ventilabant.§.ideo nos.ꝛ.§.sequenti. in proe. fo.ij.col.ij.ꝛ.iij.

¶ Mala quamplurima committi solebāt in electionibus ecclesiarum cathedraliū et metropolitanarū ac etiā monasteriorum regni frācie.de elec.ꝛ postula. de roga in prin.titu. fo.iiij.col.iij.

¶ Mandati apostolici forma secundū quam debent concedi mādata apostolica ti.de forma man da.apo. fo.xiiij.col.ij.ꝛ.iij.

¶ Mādatarij apostolici preferūtur ordinarijs collatoribus ꝛ quibusuis graduatis.§.ꝛvt.de man da.aposto.fo x.col.ij.nu.1.

¶ Mendicātes religiosi reformati eminentis scientie possunt admitti ad dignitates:videlicet per regē nominari ꝛ p papam instituti.§.consanguineis. de presenta.et instit.prela.fo.v.col.iij. nu.1.

N



Obiles habent prerogatiuā in tpe studij/q: min⁹ tēpus eis sufficit quam alijs.de col.§.tempus autem.fol.vij. col.iiij.nu.11.

¶ Nobilitas qualiter ꝛ per quot testes pbetur. eo. titu.§. cū vero proba. fo.vij.col.iiij. nu 13.

¶ Nominationis lrās deinceps impetrātes tenebuntur exprimere beneficia p eos possessa/ꝛ eorum verum valorem.§.volumus autē quod.de colla.folio.ix. colum. ij. numero.1.

O



Fficiales curie romane actu sua officia exercētes quo ad cās in regno ꝛ ptibus adiacētib⁹ ventilādas nōvult papa ꝯprehēdi in huiusmodi cōcordato. de causis.§.processus.fo.xj.col.j.nu.1.

¶ Ordinarij collatores tenentur conferre viris literatis: ꝛ per vniuersitates graduatis tertiā partem beneficiorū cuiuscunqꝫ qualitatis sint. de col.§. prefatiqꝫ or. fo.vij.col.j.nu.1.

¶ Ordinarij ꝛ proni ecclesiastici inter simplices graduatos ꝫ gratificare psit illum quem maluerint

duntamen suas fecerint diligentias. §. statuim⁹ quoqꝫ. ⁊ ordiam⁹ ꝙ collatores. de colla. folio. viij. colum. iij. nume. 1.

¶ Ordiarij collatores sub pena suspēsionis conferendi beneficia per octo menses/monētur ne beneficia graduatis simplicib⁹: vel nolatis debita aliis ꝙ ipsis (dun tamē suas vt decet fecerint diligē tias) cōferāt. §. siquis autem graduatorū. ⁊ §. eodemqꝫ vinculo. de colla. fo. ix. col. iij.

¶ Ordinarij collatores grauari possunt de vno mādato apostolico/si habeāt decem beneficia ad eorū collationem. Et de duob⁹ si habeāt quinquaginta vel plura: ⁊ non vltra. de mādatis apostolicis in principio. fo. x. col. 2.

¶ Ordiarij collatores seu patroni ecclesiastici bñficia que vacāt in mēsibus deputatis ipsis graduatis nominatis debēt cōferre illis qui per tempus cōpetēs studuerint. §. preterea volum⁹ ꝙ collatores. de col. fo. vij. col. iij.

¶ Ordinarij collatores seu diocesani inquirere debēt diligēter ne quis bñficiū sine titu. possideat. de pacifi posses. §. monem⁹. folio xi. colum. ij.

¶ Ordinarij siue diocesani tenētur publicari facere i ecclesiis cathedralibus statutum: de publicis cōcubinarijs. §. eadem diligētia. d̄ ꝯcubinarijs. fo. xij col. j. ⁊. ij.

P



Apa indulsit regi frācie vt ꝯuēta q̄dā faceret/que in regno suo vicem pragmatice sanctiōis obtinerēt. in proemio. §. cū igitur. fo. ij. col. iij. ⁊. iiij.

Papa libere potest ꝯferre beneficia electiua apud sedem apostolicā vacātia. de presenta. ⁊ institu. prelato. in princi. fo. v. colū. j. ⁊. ij.

¶ Papa fecit approbari presens cōcordatum per Lateraneñ. concilium pront promiserat se facturum. de conclusione lateranēsis concilij. in prin. fo. xvj. col. j.

¶ Papa ⁊ concilium Lateraneñ. expressevoluerunt quod si rex nō approbaret ⁊ approbare faceret per curias huiusmodi. cōcordatū ⁊ illud singulis annis legi faceret prout fiūt ordinationes regie qd huiusmodi cōcordatū sit irritum ⁊ inane. de protestati. apostoli. contra regem factis. in principio folio. xiij. colum. iiij.

¶ Pars collitigās que expeditiones cause per subterfugia impediit: grauiter puniri debet etiā in amissione cause. §. pars vero. de caus. fo. xj. colum. j.

¶ Persone sublimes: ⁊ regis cōsanguinei: necnon mendicātes reformati possunt admitti ad ecclesias cathedrales ⁊ metropolitanas: quia nō cōprehēdūtur sub prohibitione huius cōcordati. §. consanguineis. de presentatio. et institu. prela. fo. v. col. iij. nu. 1.

¶ Possidens pacifice beneficium (sine lite) spatio trium annorum nō poterit amplius inquietari in possessorio, neqꝫ in petitorio etiā ratiōe iuris nouiter reperti. d̄ pacifi. posses. i princ. fo. xi. col. ij. ⁊. iij.

¶ Prebēda theologalis qualiter ⁊ cui cōferri debeat. §. statuim⁹. insup. de colla. fo. vj. col. iij. ⁊. iiij.

¶ Prelati debēt sollicite curare/ vt ꝯcubine et mulieres suspecte subsubditis nō cohabitēt. §. i pas ati concubinas. de publicis concubi fo. xij. col. ij.

¶ Prelati capitula ⁊ conuentus:


Empus studij de quo fidē facere tenent graduati simplices ꝛ nominati ordinarijs collatorib⁹ quale esse debeat de colla.§.tempus aūt competens.fo.vij col.iiij.nume.ii.

¶Tertia sentētia diffinitiua cōformis mandabitur executioni quacunqꝫ appellatione non obstāte/ nec licet tertius appellare.de fri. ap.fo.xj.col.j.ꝛ.ij.

¶Tertia pars omnium officioꝝ ꝛ beneficioꝝ debetur graduatis simplicibus ꝛ nominatis.de col. §.p̄fatiqꝫ ordinarij.f.vij.col.j.n.i.

U


Epres que vnioni ecclesie obsunt / et que segetem domini pullulare non sinūt sunt prorsus tollende.titu. de constitu.§.vnde sicut.sup verbo ea .ppter.fo.iiij.col.j.

¶Uerbis narrantibus aliquem resignasse beneficiū suū/aut ius in eo pretensum non credit/ nisi de hoc appareat ꝑ instrumētum publicum:vel literas autenticas super hoc confectas.de sublatio. cle.literis.fo xiij.col.ij.nu.i.

¶Uerbis narrātibus aliquē esse excōicationis vinculo innodatuꝫ non credit:nisi de hoc appareat per literas super huiusmodi ex cōmunicatione confectas.eodeꝫ titu.fo.xiij.col.i.

¶Uerus annuus beneficij valor exprimi debet infra annū a data impetrationis ipsi⁹ beneficij.nec interim pretextu ipsi⁹ valoris nō expressi erit ipsum beneficiū impetrabile.ꝛ si de facto impetret impetratio erit nulla.ti.de annatis.circa finē.fo xviij.col.iij.ꝛ.iiij.

¶Uerus annuus valor beneficij in quibuscūqꝫ .ꝓuisionib⁹ apl̄icis etiam motu proprio pape cōcessis exprimi debet:alias huiusmodi prouisiones(lapso tempore p̄fixo)erūt ipso iure nulle. de manda.apo.§.statuimus insuper.f.x. col.iij.nu.4.


¶Uerus annuus valor beneficij ꝑ mortē vacantis:si corrigat ꝛ augmentet infra annum a data petitionis/tunc annata solui debebit camere apl̄i. pro augmento duntaxat/ipsi⁹ veri valoris iam expressi.tit.de annatis.circa finē. fo.xviij.col.iij.ꝛ.iiij.

¶Uniuersitates monent sub graui pena/ ne aliquos graduatos ordinarijs collatoribus habeāt notare/nisi illos qui per tempus debitum studuerint:ꝛ qui per saltum ad gradum non fuerint promoti.§. monemus.de colla.fo.ix. col.iiij.numero.5.

¶Finis tabelle alphabetice super Concordatis.

d d ij

¶ In nomine domini amē. Incipit pragmatica Sāctio edita a beato Ludouico francorum rege.



Ludouicus dei gratia francorum rex. Ad perpetuam rei memoriam pro salubri ac trāquillo statu ecclesie regni nostri: necnon pro diuini cultus augmēto et christi fidelium animarum salute: et ut etiam gratiam et auxilium omnipotētis dei: cuius soli ditioni atque protectioni regnum nostrum semper subiectum extitit: et nunc esse volumus: que sequuntur hoc edicto cōsultissimo imppetuū valituro statuimus et ordinamus.

Primus articulus. ¶ Primo ut ecclesiarum regni nostri prelati patroni et beneficiorum collatores ius suum plenariū habeant et unicuique sua iurisditio seruetur.

Secundus articulus. ¶ Item ecclesie cathedrales et alie regni nostri liberales electiones et eorum effectum integraliter habeant.

Tertius articulus. ¶ Itē simonie crimē pestiferum ecclesiā labificans a regno nostro penitus eliminādū esse volumus et iubemus.

Quartus articulus. ¶ Itē promotiones collatiōes prouisiones et dispensatiōes prelaturarū dignitatū et aliorum quorūcūque bñficiorū et officiorū ecclesiasticorum regni nostri scdm dispōnem ordinationē et determinationē iuris cōmunis sacrorū ecclesie dei atque institutorum antiquorum sanctorum patrum fieri volumus pariter et ordinamus.

Quintus articulus. ¶ Itē exactiones et onera grauissima pecuniarū per curiā romanā ecclesie regni nostri imposita vel iposita: quibus regnū nostrū miserabiliter depauperatū extitit: siue etiam imponendas aut imponēda leuari et colligi nullatenus volumus: nisi dūtaxat pro rationabili pia et urgentissima causa: vel ineuitabili necessitate ac de spōtaneo et expsso cōsensu nro et ipsius ecclesie regni nri.

Sextus articulus. ¶ Itē libertates franchisias immunitates prerogatiuas iura priuilegia per inclyte recordationis francorū reges predecessores nostros et successiue per nos: ecclesijs: monasterijs: atque locis pijs et religiosis. Necnō psonis ecclesiasticis regni nri cōcessas et cōcessa renouamus laudamus et cōfirmamus per pñtes. Quarū tenor sequitur.

¶ Uniuersis iustitiarijs officiarijs et subditis nris ac loca tenētibus presentibus et futuris et eorum cuilibet prout ad eū pertinuerit districte precipiendo mādamus quatinus oia et singula predicta diligenter et attente seruent teneant et custodiāt: atque seruari teneri et custodiri muiolabiliter faciant: nec aliquid in cōtrariū quouismō faciāt: vel attētent: seu fieri vel attētari pmittāt. Trāsgressores aūt et cōtrafacietes (iuxta casus exigentiā) tali pena plectēdo: qd ceteris deinceps cedat in exēplum in quorum olm singulorum testimonium presentes lrās sigilli nri appen one muniri fecimus. Datū Parisius. Anno domini. M.cc.lxviij.

¶ Finis pragmatice Sāctionis sci Ludouici frāco. regis.



¶ Tabella Pragmatice Sāctionis scti Ludouici francorum regis.



Vnicuique ecclesiastico statu to ac prono. necnō collatori seruāda est sua iurisditio. Articu.i.

¶ Quelibet cathedralis ecclesia eligēdi suos prelatos liberam habet facultatem. Articulo.ij.

¶ Ab ecclesia gallicana pestiferum crimen simonie eliminandum est. Articulo.iij.

¶ Prelaturarum dignitatum et quorūcunque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum promotiones &c. secundum iuris dispositionē fieri debent. Articulo.iiij.

¶ Per romanam curiam exactiones pecuniarum non fient nisi rationabili causa & regis ac ecclesie gallicane precedente consensu. Articulo.v.

¶ Libertates & frāchisie per Reges cōcesse ecclesijs monasterijs ac personis ecclesiasticis seruande sunt. Articulo.vi.

¶ Finis tabelle pragmatice Sāctionis beati Ludouici.

¶ Absoluuntur.

¶ Concordata vicem Pragmatice Sanctionis gerentia / inter sanctissimū Papam Leonem.X. et Christianissimum Francorum regem Franciscum huius nominis primū inita / per Lateranēse Concilium roborata/lectaque publicata et registrata in omnibus Galliarum et Delphinatus tribunalibus/cum Titulorum/Paragraphorumque luculēta distinctione / et singulari Repertorio in melius reposito: Addita insuper beati Ludouici Francie regis Pragmatica Sāctione/cum sua Tabella. Impressa Lugd. sumptibus honesti viri Antonij Uincentij: apud Mathiā bonhome Anno publice salutis M. ccccc xxviij. die.ix. Januarij.

*

¶ Regestum Concordati.

aa bb cc dd. Oēs sunt quaterniones pter dd.qui est duernio.

1968